
RESPONSVM IVRIS.

PRO POTENTISSIMO DOMINO NOSTRO REGE PHILIPpo, et Illuſtriſsima D. Domna Anna Enriquez del Aguila Marchioniſa de Almenara.

COMPILATVM A LVDOVICO DE Caſanate I. D.

Ex his præcipue quæ (vltra elaborata ab ipſo) in ea cauſa excogitarunt, & ſcripſerunt D. Franciſcus de Sanctacruce, & Morales Regij Fiſci Aduocatus. D. Ioannes Michael de Bordalua, & D. Michael Paſtor Cæſarauguſtani Aduocati.

Anno



1604.

CVM LICENTIA.

Cæſarauguſtæ, ex Typographia Caroli à Lauayen, et Ioannis à Larumbe.

I N D E X

18 Manus

RESPON-

RESPONSVM IVRIS.

PRO POTENTISSIMO DOMINO NOSTRO REGE PHILIPpo, et Illustrissima Domina Anna Enriquez del Aguila Marchionissa de Almenara.

An appellari possit in causis læsæ Maiestatis, & electionis iurisfirmæ.

INITIVM A DOMINO.

FVERVNT per Regios Cōmissarios plures latę condemnatoriæ sententiæ pro crimine læsæ Maiestatis, contra diuersas personas, quorum bona fuerunt confiscata,& per fiscum post confiscationem diu possessa.

Cumque nonnullæ viduæ, aliæque diuersæ personæ in bonis confiscatis iura viduitatis, dotes, & nonnulla credita prætenderent. D. Rex commisit, & mandauit duobus Commissariis, quod super dictis causis viduitatis, dotium & creditorum quoscumque querellantes audirent; & probationes reciperent, & processum facerent, sub hac tamen clausula, *que se ayan de remitir los processos conclusos, y en punto de poderse declarar al Vicecanceller, y Regentes del nuestro Consejo supremo de Aragon, que cabe nos reside, con todos los demas, que han respecto a qualesquiere otros creditos ultra de los sobredichos, para que los pronuncien, y declaren como fuere de justicia.* Cuius commissionis vigore plures pro diuersis creditis ad instantiam diuersarum personarum fuerunt facti processus, nulla fori forma seruata.

Verum cum Martina Donlope

prætenderet super bonis confiscatis Emanuelis Donlope, non nulla iura dominij sibi pertinere, illaquè non posset petere coram prædictis Commissariis super solis creditis potestatem habentibus. Obtinuit particularem commisionem à D. Rege die 20. Octobris, 1593. eisdem Commissariis directam thenoris sequentis.

EL REY.

MAGNIFICOS y amados Consegeros, por parte de Martina Donlope madre de Manuel Donlope, me han referido, que en los bienes sitios, y muebles que se confiscaron del dicho su hijo, por ocasion de las inquietudes que en el año passado de 1591. succedieron en essa Ciudad, y Reyno, se ocuparon y tomaron tambien suyos, suplicandome sea seruido mandar se le buelua lo que fuere suyo para poder viuir y sustentarse con ello. Y porque es mi voluntad que se le guar de justicia, os encargo y mando, que con mucho cuydado veays, y auerigueys lo que pretende, conforme al tenor de la commission, que para estas cosas os he embiado, y me auisareys de lo que hallaredes. Iuntamente con vuestro parecer, para que visto todo, se prouea lo que fuere de justicia. Dat. en san Lorenço el Real a 20. de Octubre, de 1593.

Yo el Rey.

PROCVRATOR legitimus Martinæ Donlope, prædictam commisionem Commissaris præsentauit, fiscum citari fecit, oblatisque nonnullis petitionis, defensionis, & replicationum cedulis, probationibusquè factis, & publicatis, mortua fuit Martina Donlope, Thoma Fort, & nonnullis aliis hæredibus relictis. Qui postea coram eisdem Commissariis comparuerunt, causam cum eisdem tanquam hæredibus Martinæ resumi petentes, & resumpta fuit die. 14. Septembris, Anno 1598.

Cumque D. Rex postea in illustrisimam D. Annam del Aguila, Marchionisam de Almenara, bona omnia confiscata Emanuelis Donlope, pura & irreuocabili donatione trāstulisset, mortuusq; interim fuisset Ioannes Rā Regens Regiā Cācellariam, vnus ex prædictis Commissariis, instante Marchionisa, die 6. Augusti, 1599. D. Rex in locum Ioannis Ram præmortui, nominabit, in Cōmissarium D. Martinum Monter Regium Consiliarium, vt cum alio Commissario ad vlteriora in causa procederet, iuxta thenorem primæ Commissionis.

Qua commisione pro parte Marchionisæ Commissariis præsentata; quamuis fuisset diu impugnata, pro parte hæredum Martinæ Donlope, tamen per Regios Cōmissarios declaratum fuit posse, & debere ad vlteriora procedi. Et postea obtenta noua commisione ad pronuntiandum, tandem die 21. Ianuarij, Anni. 1600. fuit per Commissarios prolata diffinitiua sententia in fauorem Marchionisæ, & contra hæredes Martinæ Donlope.

Ab hac sententia per Comissarios lata hæredes Martinæ ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum habuerunt recursum per viam electionis iurisfirmę grauaminum factorum. In quo quidem processu electionis

nis iurisfirmę statim ad impediendum litis ingressum fuit pro parte Marchionisæ petitum declarari electionem iurisfirmæ non esse prosequibilem.

Et post nonnullos litis anfractus fuit in dicto processu die 23. Septembris, Anno. 1600. pronuntiatum electioné iurisfirmæ fuisse, & esse prosequibilem. Quæ sententia fuit semel tantum confirmata die. 3. Octobris, eiusdem Anni. A qua pronuntiatione fuit tunc per Marchionisam, & nunc nouissime per Regium fiscum ad Regiam Audientiam appellatum.

Demumque cum prædicta pronuntiatio facta die. 23. Septembris, sit interlocutoria, & contrario imperio reuocabilis: fuit nunc nouissime, pro parte Regij Fisci, & Marchionisæ petita illius reuocatio, & annullatio.

Hæredes autem Martinæ Donlope petierunt declarari dictam Marchionisæ appellationem non esse prosequibilem, & in prædicto casu à prædicta pronuntiatione facta die. 23. Septembris appellari non posse ad Regiam Audiétiam. Et illis petentibus die 21. Octobris, Anno 1600. fuit declaratum Marchionisam non esse admittendam ad appellandum. Simulque pro parte hæredum ad impediendam prosecutionem prædictæ appellationis fuit obtenta, & præsentata quædam iurisfirma Curiæ D. Iustitiæ Aragonum, & sic ob præsentationem prædictæ iurisfirmæ fuit impeditus vsque hodie processus appellationis.

Cum autem prædicta iurisfirma fuisset bis confirmata, & sic non posset vlterius reuocari. Fuit iuxta forum, & consuetudinem Regni, pro parte Marchionisæ petita citatio ad repulsionem iurisfirmæ.

Et quamuis citatio peteretur simpliciter, fuit tamen die 26. Ianuarij Anno. 1601. concessa citatio ad repulsionem iurisfirmæ limitata, & restricta sub his verbis.

Concedimus citationem supplicatam ad repulsionem iurisfirmæ, cum hoc tamen vt præsens causa tanquam reuera incidens, & emergens à processu iurisfirmæ grauaminum factorum in præsenti iurisfirma recitato, prout fori est, diffinitiue per nos tantum decidatur.

A qua quidem pronuntiatione pro parte Marchionisæ ad Regiam Audientiam appellatum fuit. Sed pro parte hæredum Martinæ ad impediendum discursum prædictę secundæ appellationis, fuit etiam præsentata alia secunda iurisfirma. Et sic ob præsentationem illius fuit impeditus vsque nunc processus appellationis.

Ex qua facti positione triplex resultat dubitatio.

Prima. An à sententia die. 21. Ianuarij, Anno 1600. per Commissarios Regios lata super bonis confiscatis in fauorem Marchionisæ aduersus hæredes Martinæ, potuerit haberi recursus ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum per viam electionis iurisfirmæ grauaminum factorum.

Secundo. An à pronuntiatione facta die 23. Septembris, Anno 1600. per quam fuit declaratum electionem iurisfirmæ esse prosequibilem potuerit appellari ad Regiam Audientiam.

Tertio. An etiam potuerit appellari ab ea pronuntiatione facta die 26. Ianuarij, Anno 1601. per quam fuit citatio ad repulsionem iurisfirmæ restricte, & limitate concessa.

CIRCA primum articulum inquo quæritur: An à sententia super bonis confiscatis per Commissarios Regios lata potuerit haberi recursus ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum per viam iurisfirmę grauaminum factorũ. Multa quidem suadere videntur electioni iurisfirmæ locum fuisse.

1 Et primo facit generalis † fori regula, secundum quam à D. Rege, & quibuscunque illius officialibus tam ordinariis, quam delegatis, & à quibuscunque illorum sententiis, & interlocutionibus potest ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum recursus haberi per viam electionis iurisfirmæ grauaminum factorum, *vt in foro: Statuimus. de firmis iuris, & in foro vnico, quod inhibitiones iustitiæ.*

Secundo. Nam sicut in terminis

2 iuris communis Procurator † Cæsaris cognoscit, & peculiaris iudex est de quibuscunq; causis Fiscalibus inter priuatum, & fiscum. *l. 1. & per totum. C. vbi causæ Fiscales.* Ita in Aragonia Iustitia Aragonum quo ad hoc reputatur quasi alter Procu-

3 rator † Cæsaris, & eius vice fungitur, vt pulchre aduertit D. Ferdinãdus de Mendoça *in tit. de pactis lib. 1. c. 5. q. 2. n. 7. & tradit Bardaxi in tit. de offi. Iustitiæ Arag. in rubr. q. 5. n. 5. fol. 99. col. 3. vers. in eo vero quod di-*

4 *ctus Iustitiæ.* Cognoscit † enim in Aragonia in prima instantia priuatiue ad omnes alios de causis quæ inter Regem & priuatum vertuntur, tam actiue, quam passiue: *vt in foro vnico. quod inhibitiones Iustitiæ, fol. 24. obseruan. item de omnibus causis de priuilegiis militum, fol. 20. col. 3. obseru. item in Aragonia. Interpretationes qualiter, & in quibus fol. 23 col. 4. foro. 2. de offitio Iustitiæ Aragonum fol. 21. & Bardaxi vbi supra.*

Tertio. Habet D. Iustitia Arago-

5 nũ similitudinem † cũ officio, & potestate Tribuni. Qui cæteris magistratibus prohibebat, ne vim facerẽt, nec contra leges quidquam statuerẽt, vt declarat Cagn. *in l. 2. vers. eisdẽ temporibus. n. 316. de origine iuris & Bardaxi in titu. de officio Iustitiæ Aragonum, nu. 5. versi. in eo vero quod fol. 99. col. 3. & 4.* Ita enim firmando coram D. Iustitia de stãdo, & parendo iuri, potest indistincte à quibuscumque iudicibus ordinariis ad eum recurri per viam electionis iurisfirmæ, quandocumq; firmans cõqueritur sibi foros, vel consuetudines Regni non seruari: Sicq; in hoc quoq; casu recurri poterit. Cũ commissio fuerit facta Regenti Regiã

6 Cancellariam, & sic † non fuerit cõcessa noua iurisdictio delegata, sed excitata potius ordinaria iurisdictio *foro: vt partium tit. de commissionibus & rescriptis: & ibi Bardaxi, & habetur in c. licet. c. irrefragabili de officio ordinarij.*

Quarto. Licet ex noua fori dispositione declaratum sit, Regem in crimine lęsæ Maiestatis non haberẽ limitatam potestatem: tamen hoc procedit quoad iudicium criminis, & formã in eo procedendi, de quo loquitur forus nouus Tirasonę: non vero quoad causam Fiscalẽ bo-

7 norum, & ciuilem † (qualis est hæc de qua agitur) in qua nõ de crimine sed de bonis potius ciuiliter tractatur: *vt patet in l. 2, C. vbi causa Fiscales*

les. Garcia de nobilit. §. *1. glo. 3. nu. 4.*

Quinto. Quamuis Martina Don Lope impetrando commissionem, ipsamque praesentando, & ea vtendo videretur forsam praedictis foralibus dispositionibus renuntiasse. Tamen ea commissio forali dispositioni subiecta expirauit
8 † & prorsus extincta fuit morte Ioannis Ram. Regentis Regiam Cancellariam vnius ex commissariis. *C. vno delegatorũ de offitio delegati. l. duo ex tribus ff. de re iudicata, & per Sebastianum de Medices in tractatu mors omnia soluit 2. p. num. 84.*

His tamen & aliis non obstantibus contrarium omnino dicendum videtur, scilicet à praedicta sententia per commissarios lata non potuisse ad Curiam d. Iustitiae per viã electionis iurisfirmae recurri, solumque licuisse ad ipsummet Regem delegantem recurrere per viam appellationis.

Pro quo supponendum est, quod sicut, & de iure communi, & in quibuscunque aliis prouintiis in crimine laesę
9 † Maiestatis in detestationẽ grauissimi, & horrendi criminis inductum fuit, posse poenam mortis, confiscationis, seu publicationis bonorum, & alias apponi: *l. quisquis. C. ad legem Iuliam Maiestatis. C. siquis cum militibus sexta, quaest. 1. glos. verbo fiscum in authentico bona damnatorum C. de bonis proscriptorum: & est communis, vt per Gigantem de crimine laesę Magestatis, tit. de poenis, quaest. 6. Anton. Gomez, variarum, tom. 3. cap. 2. de crimine laesae Maiestatis, nu. 11. Iul. Clarus in praxi. §. crimen laesae Maiestatis, versi. praeterea licet hodie Rolan. consil. 68. num. 3. lib. 2. Farina. in practica criminale, tit. de delictis, quaest. 25. numer. 11. fol. 285.*

10 Ita haec confiscationis † poena in hoc crimine foris quoque, & consuetudine huius Regni recepta semper fuit: *vt patet ex obseruantia si propter crimen, tit. de iure dotium, fol. 16. col. 3. & in foro vnico, tit. de proditionibus, fol. 177. foro item como segun fuero in declaratione priuilegij generalis fol. 11. col. 4. Molina verbo confiscatio:* & de pluribus confiscationibus in hoc Regno late habetur per Zuritam *in suis Analibus. 2. part. lib. 8. cap. 30. fol. 226. part. 4. lib. 16. cap. 9. fol. 12. 5. part. lib. 20. cap 18. fol. 293. col. 3.*

Habet autem de foro Rex in hoc crimine liberam, & absolutam potestatem procedẽdi nullis foralibus dispositionibus vllatenus subiectam: vt patet euidenter ex foro nouo Tirasonae, Anni 1592. *sub tit. forma de la via priuilegiada. prope finem*, vbi clare disponitur Regem in Aragonia in crimine laesae Maiestatis limitatam potestatem non habere.

Ex quo principio forali resultat ad propositum valde in hoc differre
11 ius commune † à foris, & praxi huius Regni. Siquidem de iure communi quamuis de quaestione Fiscali super bonis confiscatis cognosceret Procurator Cesaris, seu Rationalis. Tamen de causa criminis, & illius punitione solus cognoscebat Praeses, vel Iudex ordinarius: *vt habetur in l. 1. & 2. & in l. fi. C. vbi causae Fiscales.* Sed in Aragonia ex praedicto principio forali (quod scilicet in hoc crimine non habet D. Rex limitatam potestatem) resultat posse D. Regem per se, vel per suos Cõmissarios, non coram aliis iudicibus, de crimine laese Magestatis cognoscere, illudque punire: *vt praesuponitur in obseruantia. Item si propter crimen de iure dotium. & in priuilegio generali. §. itemque ho nor noscea tollida iuncta declaratione textus in obserb. 1. de pace, fol. 24. & in obserb. item sine iusta causa de conditione Infantionatus fol. 19. col. 3.* Et

 ita ser-

ita ſeruatū legitur pœnes Zuritam, in locis proxime relatis quamuis referat Alfonſum de la Caualleria grauiſsimum doctorem contrarium tenuiſſe. Et ita quoq; ſeruatum fuit in quam pluribus proceſsibus ſuper hoc crimine factis per Regios Commiſſarios anno. 1592.

Et ex eodem principio forali diſponenti (quod D. Rex in crimine læſæ maieſtatis, non habet limitatā poteſtatem) reſultat non poſſe à ſen
12 tentia † ſuper hoc crimine lata recurſum haberi ad Curiam D. Iuſtitiæ, nec ad alium quemlibet præter ipſummet D. Regem. Quamuis enim diſputent doctores. An à ſententiis latis ab eo, qui ſuo arbitrio cauſam determinare poteſt appellare liceat. Duplexque ſit in hoc opinio contraria. Reiectis tamen opinionibus fatentur omnes indiſtincte ceſſare appellationem, vel recurſum ab eo iudice, qui non habet limitatā poteſtatem, & qui liberum, & abſolutum habet arbitrium procedendi, & cognoſcendi, vt in præſenti ſpecie. *Innocentius, & Hoſtienſis in c. vltimo de feriis. Ioan. Baptiſta de ſancto Seuerino. in l. admonendi. numer.* 265. *verſi.* 1. *de iure iurando. Felinus in c. exceptionem. num.* 2. *in fine de exceptionibus, & in c. ſuper his. nume.* 8. *de accuſationibus. Ruinus conſi.* 149. *numer* 9. *lib.* 4. *Couarrub. lib.* 2. *var. c.* 12 *& numer.* 5. *Menoch. de arbitra. lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 3. *Brunorus à ſole in quæſtionibus legalibus quæſt.* 13 *nume.* 14. *&* 16. *d. Martinus Monter deciſione Aragonenſi.* 7. *& cum pluribus aliis* Farinatius *de delictis quæſt.* 17 *num* 30.

Ex quo etiam principio forali arbitror exortam fuiſſe antiquam praxim de qua teſtatur Molinus *verba firma habet lecum, fol.* 143. *col.* 2. *& verbo vaſſallus verſi.* 1. *fol.* 324. *col.* 1.
13 dū dicit: Quod licet vaſſallus † poſsit firmare contra D. Regem. Tamen quod non prouidebitur firma, ſi vaſſallus quando firmat, non apponit illam clauſulā, ſalua fidelitate, &c.

Et ex eodē principio forſam exorta fuit diſtinctio illa explicata in *obſeru.* 1. *de pace, fol.* 24. *& in obſeru. Item ſine iuſta cauſa de conditione infantionatus, fol.* 19. *col* 3. *& per Molinum verbo caualleria, an & quādo fol.* 59. *col.* 3. dū dicunt. Quod licet pro
14 aliis † delictis non poſsit D. Rex priuare ſuos vaſſallos Iuis honoribus, meſnatis, vel caualleriis, niſi præambula cauſæ cognitione, declaratione, & ſententia D. Iuſtitiæ Aragonum. Tamen ſecus ſit, ſi priuet ratione ſeruitij falliti, ſeu fidelitatis non ſeruatæ. Quia tunc D. Rex per ſe, & ſuos Commiſſarios poteſt procedere, propria authoritate, & abſq; aliqua præambula cognitione, & declaratione D. Iuſtitiæ Aragonum. Ea forſam ratione. Quia in cauſis ſeruitij falliti, & fidelitatis non ſeruatæ non habet limitatam poteſtatem. vt ſupra.

Et huc videtur pertinere obſeru. *item ſi propter crimen de iure dotium, fol.* 15. *col.* 2. In illis verbis. *Caius Martini bona fuerunt ipſo facto confiſcata*
15 D. Regi. Quaſi † præſupponat. *ipſo facto*, id eſt abſque aliquo proceſſu, & aliquo fori ordine non ſeruato. Per quā plura, quæ de dictione, *ipſo facto*, vel *ipſo iure* tradit Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 219. *vſq; ad numerum.* 333. *C. de reuocandis donationibus.*

Quibus adiicienda ſunt, quæ tradit Bardaxi *in foro.* 1. *de commiſsionibus, & reſcriptis, num.* 5. *verſi.* 2. *limitatur, fol.* 148. *col.* 2. *& in foro vnico de Commiſſariis ſuper executionibus, numer.* 2. *fol.* 150. *col.* 3. dum dicit. Quod
16 licet † ex foro *vnico de commiſsionibus, & reſcriptis. fol.* 29. commiſsiones, &

nes, & delegationes non possint fieri inuita, & declinante parte. Tamen hoc fallit in causis reseruatis D. Regi. In quibus istæ commissiones adeo valet. Vt nulla ex partibus possit Commissarij iurisdictionem declinare. Quod ad propositum appellationis, seu recursus denegandi proprius tradidit idem Bardaxi *in foro, vt debitus, finali tit. de Regentibus offitium gubernationis, vt non possint alium, fol. 92. col. 2. versi. nisi in causis.* Dum dicit. Quod hodie non solent fieri commissiones à D. Rege, nisi in causis reseruatis. Quia in illis, si non sunt introductæ in Regia Audientia, eas committit, & delegat D. Rex, tam in prima, quam in secunda instantia. Et idem tradit *in Reparo de la Real Audiencia, foro. 5. que las causas de appellacion, no puedan ser cometidas, fol. 427. col. 1. versi. fallit tamen dispositio.* Vnde merito in hac læsæ Maiestatis materia sicut in prima instantia, ita & in secūda potest D. Rex per se, vel suos Commissarios, quibus causam committit, seu delegat cognoscere, & procedere: ex prædicta Bardaxini traditione. Quam melius, & clarius explicat *in tit. de offitio Iustitiæ Aragonum in prę ludiis, numer. 5. quæst. 5. fol. 109. col. 3. versi, tandem sunt quædam.*

Quorum omnium, vt prædixi ratio est. Quia licet in aliis omnibus posset à D. Rege ad Iustitiam recurri per viam contra fori, tanquam
17 ad Iudicem † medium inter Regem & Regnum, vti tradunt Bardaxi. *in tit. de offitio Iustitiæ Aragonū, fol. 97. col. 2. & Martinus Ximenez Cerdan in epistola impressa post obseruantias statim in initio.* Tamen recurri non poterit in causis, in quibus Rex non habeat limitatam potestatem. Sicut &
18 de iure omnis appellatio, † & recursus cessat ab eo Iudice, qui in aliqua causa limitatam potestatem non habet, & nullum superiorem recognoscit. *l. 1. ff. de quibus appellare non licet. c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. Andreas Ysernia in cap. imperialem. §. præterea si inter duas col. 6. in fine de prohibita feudi alienatione per Federicum Maranta de ordine iuditiorum. 6. part. num. 237.*

19 Qua etiā ratione interminis iuris cōmunis licet antiquitus † à Duumuiris, quibus commissa fuit potestas cognoscēdi de hac causa capitali per duellionis, & læsæ Maiestatis licetet prouocare ad populum, à quo absolutus fuit Horatius Tergeminus. *vti referunt Liuius, lib. 1. Suetonius in Cæsare, Mannius de legibus. Decianus in crimin. lib. 7. cap. 47. num. 8. & pulchre Franc. Polletus in historia fori Romani. lib. 3. cap. 5. in principio.* Tamen post Cæsarum constitutiones appel
20 lare non licet in causis † seditionis, factionis, seu læsæ Magestatis, solumque licet suplicare, non autem appellare: *ut patet ex l. constitutiones secundum intellectum Bart. ibidem illam legem intelligentis de proditore. ff. de appellationibus. l. si quis filio ex hæredato. §. hi autem. ff. de iniusto rupto Ysernia in cap. 1. col. 9. versi. bonu, tit. quæ sint regalia Felinus in cap. sicut el primero de Simonia Maranta in praxi. 6. part. tit. de appellatione, num. 285. & num. 286. De quo tamen videndus Decianus lib. 7. cap. 47. num. 8.*

Cum ergo ex prædictis appareat iuxta foros huius Regni in causa super crimine læsæ Maiestatis D. Regem limitatam potestatem non habere, posseque procedere, & cognoscere omni electione iurisfirmæ, appellatione, & recursu cessante.

Videndū nunc est. An eadē amplitudo potestatis, & denegatio recursus procedat in causa agitata inter fiscum, & priuatum, vel inter duos

priuatos super bonis confiscatis.

Et hanc causam fiscalem eodem priuilegio denegati recursus gaudere efficaciter, & clare probatur ex sequentibus.

21 Primo. Quoniam de † iure Fiscus habet speciales Iudices in omnibus causis fiscalibus. *l.1. & per totum C. vbi causæ fiscales.l. 2. C. si aduersus fiscum.* Bart. *in l. si constante.§. finali, vbi Barbosa.nume.19. ff. soluto matrimonio. Peregri. de iure fisci lib.7.tit.1. num.1.& 7. Bossius in titul. de fisco. numer. 43. & 45. Rebuf. in l. 21. de verbo signific. col. 2. versi. & ita fieri moris est,* Bardaxi *in foro 2. de Procuratore* Fisci*.numer.2.fol.213. col.2.*

Quiquidem Iudices (qui de causis fiscalibus cognoscebant) con-
22 stituebantur † ab Imperatore in qualibet prouincia, vel generaliter ad omnes causas fiscales, vel particulariter ad aliquas. Appellabanturq; aliquando Rationales, aliquãdo Procuratores Cæsaris, aliquando Procuratores fisci. Quibus primum tẽpore Augusti potestas data fuit, & pòstea tempore Claudij aucta: vt in permultis causis potestatem, & iurisdictionem haberent, parem cum potestate, & authoritate Cæsaris, in illis tamen præcipue, quæ inter fiscum, & priuatum vertebantur super bonis confiscatis, tam actiue, quam passiue: vti referunt Cornelius Tacitus. *Annalium lib.12. sub anno ab vrbe condita.*805. *Fenestella de Magistratibus Romanis. c.26. Pomponius Letus de Magistratibus Romanis. c.25. Brisonius Selectarum antiquitatum. lib. 3. c.* 18. *Corrasius in l. fin. num.6. ff. de offit. Procuratoris Cæsaris. Duarenus pandectarum. l.1. titul.19. Alciat. in l. Procuratores. nume.7. C. de edendo, & in libro singulari de Magistratibus ciuilibus, & militaribus offitiis. nume.17. Franc. Polletus in historia fori Romani, lib.3. c.4. versi. nam antea Procuratores. fol. 230. col.2. & lib.5. c.17. col.1. & 2. vbi post Lucam Euangelistam. c. 3. & Cornel. Tacitum. lib.15. fol. mihi* 470. refert Pontium Pilatum fuisse Procuratorem Cæsaris à Tiberio in Palestina cõstitutum. *Petrus Gregor. plura referens Syntagmatum p. 3. lib. 49. an. 7. & 9. Peregr. de iure fisci lib.7. titul.1. num.1. Matthæus Vuesembechius in paralitlis in pandectas. lib. 1. titu.17. & Bardaxi in foro 2. de Procuratore fisci. num.2. fol.217. col.2.*

23 Et à sententiis † prolatis per procuratorem Cæsaris appellare non licebat: vt expræsse tradit Francis. Polletus *in historia fori Romani. lib.1. c.17. versi. quin etiam legimus,* dicens a Procuratore Cæsaris appellari nõ potuisse, quia liberam cognitionem habebat. Quod est aptissimum in præsenti vbi D. Rex limitatam non habet potestatem. Et refert Polletus ita docere Cornel. Tacitum *Annalium lib.12.* Qui quamuis hoc clare non dicat, tamen satis innuit dum refert verba Claudij Imperatoris. *Eodem anno* (inquit Tacitus) *sæpius audita vox Principis. Parem vim rerum habendam a Procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. Et ne fortuito prolapsus videretur Senatus quoque consulto cautum plenius quam antea, & vberius.* Cuius verba, & sententiam retulerunt Fenestela *Brisonius, Alciat. & Petrus* Gregorius *vbi supra.* Nam cum dicat Claudium sententias sui Procuratoris suis sententiis æquasse, vel potius ipsismet legibus, vt non minus disertè tradit Vuesembechius *in paratitlis lib.1. titul.*30. Ideo merito (inquit Polletus) ab illis appellari non potuisse. Cum a sententia legis mortuæ, vel viuæ, scilicet Principis appellari non possit. *l.1. ff. a quibus appellare non licet. c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. Andre. de Yser-*

de Ysernia in c. imperialem. §. praeterea si inter duos.col.6. in fine de prohibita feudi alienatione per Federicum *Marani a de ordine iudiciorum.6.p.c,de appellatione num.237.*

Isti ergo Procuratores Cæsaris (quorum vice funguntur Commissarij de quibus nunc agimus) non so-
24 lum † habebant eam potestatē, quā prædiximus,dum criminaliter procedebatur super crimine læsæ Maiestatis:in quo Duumuiris successerũt, quibus hæc capitalis causa perduellionis,seu læsæ Maiestatis absque executione tamen, vel mæro imperio fuerat demandata : vt refert Franc. Polletus *in historia fori Romani, lib.3. c.5.in principio.* Quod postea quoad Procuratorem Cæsaris immutatũ fuit.*per l.1.& 2.& l. fin.C.vbi causæ fiscales.* Sed etiam si aliquis tertius moueret controuersiam contra fiscum, vel etiam contra alium priuatum habentem ius a fisco super bonis confiscatis ad illos iurisdictio priuatiue pertinebat*: Ita probat text. in l.fin.ibi si additus rationalis noster C. si aduersus fiscum.* Vbi Paul.num. 4.
25 dicit aduertendum † diligenter ad illum textum: dum probat quod inter dominum vindicantem rem, & emptorem , & sic inter duos priuatos sit iudex Procurator Cæsaris, Quod dicit notandum. Quia si quis emat a Camera rem alicuius pro debito fiscali, & postea conueniatur à domino coram Potestate, potest emptor petere se remitti ad Iudices Cameræ , qui tenent locum Procuratoris Cæsaris,& isti erunt Iudices. Subiiciens ad hoc esse illum textum notabilem, & singularē. Quā Pauli doctrinam referunt,& sequuntur *Soci.sen.consi.46.n.5.lib.1. Bossius in praxi criminali titul. de fisco.nu.43.* vbi pulchre dicit quod inter priuatos cognoscunt Iudices fisci, si causa pendit a fisco. Et quod ideo solebant Mediolani Procuratores fisci cognoscere inter priuatos de bonis, quæ aliquando fuissent publicata. Quia expectauerant fisco. Et videtur casus *in l.1.C.de fide instrumentorum,& iure hastæ fiscalis. lib. 1. vbi ita tradit Angel.col.3. l.cum eorũ vbi Bar.C.de sententiis, & interlocutionibus omniũ iudicum.l.cum vendente vbi Bald. C. vbi causæ fiscales, Bar.in l.1.C.de venditione rerum fiscalium,& in l. si minori.C.de iure fisci.lib.10. Alberi. in authentica statuimus.C. de Episcopis, & Clericis.Socin.sen.consi. 244. num.3. 4.lib.2.pulchre Rebuf.in l.21.de verbor.significat.col. 2.versi. & ita fieri*
26 *moris est*, subiiciens obseruari † in Regno Franciæ:vt post confiscationem creditores offerant supplicationem Regi, seu eius Cancellariæ, in qua impetrari solent literæ Regis, quibus mãdatur Iudici,qui bona Regi addixit, seu confiscauit: vt creditoribus ius dicat, & iustitiam administret. Quæ praxis Franciæ est summe considerabilis ad praxim huius Regni. Habent siquidem leges Franciæ mirabile cõmertium cum foris huius Regni teste Bardaxi *super foro 18. de apprehensionibus.numer. 4. fol. 530.*

Et quamuis illud dictum Pauli (quamuis ita confirmatum) cumu-
27 latiuè † tantum procedere, non priuatiuè. Item procedere, vbi fiscus assistit deffensioni alicuius priuati habentis ius à fisco, non vbi soli priuati inter se sine fisco litigant, tradiderint Ioannes de Platea *in l. vnica. C. de venditione rerum fiscalium.lib. 10. Socin.consi.46. nume.1. lib.4. & additio impressa ad Paul.de Castr.in d. l.finali.C.si aduersus fiscum. numer. 4. versi. & aduerte diligenter.* Tamē in hac specie nihil interest:an cumulatiue,vel priuatiue competat iurisdi-

C ctio.

ctio. Ex quo fuit ab vtraq; parte prorogata, & expræsso consensu præuenta. Sumusque extra secundam limitationem Plateæ, & in fortiori casu quam apud Paulum ita tenentem, vbi lis est inter duos priuatos sine fisco. Cum tamen in nostra spe cie lis fuerit cœpta aduersus fiscum, & sic concurrit vtraque declaratio Ioannis de Platea, & Socini.

Constat ergo speciali fisci priuilegio istos Commissarios, qui potuerunt de crimine, & confiscatione absque limitatione potestatis, & recursu cognoscere, potuisse quoque sub eadem qualitate, & sub eisdem priuilegiis cognoscere de hac controuersia super bonis confiscatis iuxta prædictam doctrinam Pauli.

Secundo principaliter probatur ratione cōnexitatis, accessorietatis, seu dependentiæ. Nam ex vulgari Doctorū traditione. Habens iurisdictionem † super principali quæstione dicitur eandem quoque habe re super dependentibus, accessoriis, & connexis. *l. fin. vbi Paul. & alij. C. si aduersus fiscum. c. 1. de calumniatoribus. c. licet ex suscepto de foro competenti. Butrius, & alij in c. cæterum de iudiciis. Aretin. consi. 82. Socin. consi. 244. num. 3 & 4. lib 2. Bal. Paul. & alij in l. cum vendente. C. vbi causæ fiscales.*

28

Et pro hoc est pulcher textus *in l. cum vendente. 4. C. vbi causæ fiscales*, vbi qui † alieno nomine emit a fisco, si compellatur a Procuratore Cæsaris ad soluendum pretium, potest & ipse implorare offitium eiusdem procuratoris Cæsaris: vt compellat illum cuius nomine emit ad refundendum pretium. Per quem textum dicit ibi Paul. in principio. Quod licet illa causa non sit inter fiscum, & priuatum, sed inter duos priuatos. Tamen quia descēdit a cau

29

sa fiscali, ideo talis Procurator tanquam de dependentiis cognoscere potest. *Sequitur Peregrin. de iure fisci lib. 7. titul. 1. num. 3.*

Et allegat Paulus ibi doctores *in l. minor viginti quinq; annis in fine princ ipij. ff. de euictionibus*, dicētes per illū textum. Quod si accusatus dedit fideiussores de soluenda pœna pecuniaria, & facta condēnatione iudex maleficiorum compellat fideiussores ad soluendam pœnam: possunt fideiussores implorare eiusdem iudicis offitium: vt eodem modo compellat Criminosum ad sibi restituendum. Quia licet iudex maleficiorum non possit se impedire de causa ciuili. Tamen in illa specie potest. Quia illa causa descendit a criminali. *vt etiam tradit Peregrin. de iure fisci lib. 7. titul. 1. num. 4.*

30 Ad idem textus *in l. si quis ex argentariis. §. rationum in fine. ff. de edendo*, vbi idem est iudicium † de depēdentibus. Per quem textum colligunt, ibi *Bald. & post eum Iass. num. 6.* Quod Consules mercatorum eodē modo intelliguntur habere iurisdictionem non solum in causis mercantiarum, sed etiam in dependentibus ab eisdem. Et sic contra fideiussores, & super pœnis hinc inde promissis, vel appositis in contractibus mercantiarum. Et dicit Iasson ad hoc illum textū quotidie allegari. Sequitur Paulus *in d. l. cum vendente, num. 3.* dicens ita habuisse de facto in ciuitate Lucana.

Vnde inferri potest adnotatio ad glossam *in d. l. cum vendente* dicentem decisionem illius textus procedere ex vi prorogationis. Quā ideo reprehendit *Paul. ibi num. 3.* dicens

31 eum textum † non procedere per viam prorogationis, & consensus vtriusque partis (vt voluit glossa) sed potius ratione depēdentiæ, & sic ex solo

solo consensu emptoris, etiam innitis mandatoribus posse Procuratorem Cæsaris cognoscere, imo, & per viam executiuam procedere: vt quo offitio compellit emptorem ad soluendum pretium fisco, eodem modo compellat mandatores ad sibi refundendum.

Idem clare docuit Socin. *consil.* 244. *num.*3. *&* 4. *lib.*2. dicens decisionem textus *in d. l. cum vendente*, fundari in eo. Quod illa causa erat dependens, & accessoria quæstioni principali. Et quod illa ratio dependentiæ, & accessioritatis militabat ex paritate rationis in suo casu, vt fideiussor ageret contra eũ, qui mandauit, vt fideiuberet. Quia regulariter (inquit) ille qui habet iurisdionem super principali quæstione, intelligitur etiam habere in dependentibus, & connexis.

Et idem clare docuit Bossius *in titul. de fisco, num.*43. dicens Iudices fisci cognoscere inter priuatos, si causa pependit a fisco, vel super bonis quæ aliquando fuerunt publicata, quia expectauerant fisco.

Quam rationem dependentiæ etiam considerauit in nostra specie Peregrinus *post Paul. & Bossium in titul. de iure fisci lib.*7. *titul.*1. *nu.*3. *&* 4.

Et (vt vno verbo multa cumulẽ) de hac ratione cõnexionis, seu depẽdentiæ plura latissime videri poterunt apud Fuluium Patianum *de probationibus. lib.* 1. *c.*27. *&* 28. *vbi latißime.*

Igitur patet manifeste ex Paulo, & aliis Procuratorem Cæsaris (& in præsenti causa Commissarios datos super his bonis confiscatis) ex prædicta ratione dependentię eodẽ modo, & sub eadem qualitate, & priuilegiis potuisse de hac causa cognoscere inter priuatum, & fiscum, sicut absque limitatione potestatis, & absque recursu potuit cognoscere de principali, scilicet de crimine & confiscatione.

Tertio. Licet in præsenti causa fiscali inter fiscum, & priuatum nõ competeret Procuratori Cæsaris, vel istis Commissariis Regiis iurisdictio priuatiue, nec speciali priuilegio fisci, vt in primo argumento, neque ratione dependentiæ, vt in secundo, sed cumulatiue tantum, vt aduersus Paulũ voluerũt Ioanes de Platea, Socinus, & Additionator ad Paulum.

32 Tamen idem esset † omnino dicendum in præsenti ratione præuentionis.

33 Vbi enim pluribus Iudicibus † iurisdictio cumulatiue competit, locus est præuentioni. Quæ locum habet in quibuscumque Iudicibus ordinariis, vel delegatis, ciuilibus, vel criminalibus: *l. si quis postea quã ff. de iuditiis, c. cum plures de offitio delegati. lib.* 6. *c. proposuisti. Vbi Socin. latißime per quinque articulos, & plures quæstiones de foro competenti.*

34 Quæ iurisdictio dicitur præuenta † seu præocupata per actum præsentationis literarum, citationis, libelli, deffensionis, & processus nedum cœpti, sed vsque ad finem continuati: *d. l. si quis postea. l. vbi cœptum ff. de iuditiis traditur in l. fin. vt lite pendente Bald. in l. senatus circa finem C. qui accusare non possunt. c. proposuisti vbi latißime Socin. in quarto articulo per duodecim quæstiones de foro cõpetenti.*

Cuius præuentionis effectus erit.

35 Quod licet † ab initio vbi iurisdictio pluribus cumulatiue competit sit in manu partis, quem vellit Iudicem eligere: tamen post electionem, & præuentionem iste iudex præueniens per ipsam præuen

 tionem

tionem adquirit, & sibi appropriat, & in personam suum firmat, seu cōsolidat iurisdictionem in causa præuenta: *d. l. si quis postea, & d. c. proposuisti, vbi Socin. in 1. articulo versic. circa primum, & in 5 artic. versi. primus respectu.*

Item alius effectus præuentionis 36 est. Quod alius † iudex qui alias cumulatiue haberet iurisdictionem & ipsius exercitium in causa præuenta insolidum, nō potest ammodo se impedire de dicta causa inter personas prædictas. Quinimo si alius iudex se impediret, aut vellet in dicto negotio procedere, iudex qui præuenit, posset deffendere iurisdictionem suam inhibendo alteri iudici, ne procedat: *d. l. si quis postea, & d. c. proposuisti vbi pulchre tradit Socin. in secundo, & tertio effectu super quinto articulo, & in articu. 4. principali versi. quoad secundum membrum.*

Præcipuus autem effectus præuentionis est, quoad appellationem, solemnitatem, & formam procedendi. Nam iudex † præueniens tenetur 37 seruare formam, & ordinem sui tribunalis: licet forte si reus coram alio Iudice fuisset conuentus, alia forma esset seruanda; vt pulchre tradit Socin. *in d. c. proposuisti, articul. 13. principali, articul. 5. versi. octauus effectus.* Confirmans ex ea vulgari regula. Quod quoad ordinem procedendi seruanda est forma iuditij, seu fori, in quo iudicium agitur: vt tradit glossa, *verbo vsuris in Clementina 2. de iudiciis glos. 1. in c. quod clericis, quam sequitur Ioan Andreas ibi,* dicens quod illa glossa sæpe allegatur per aduocatos ciuilis fori. Et pluribus confirmat Socin. *ibi versi. in eadem glossa, & versi. quod primum de foro competenti.*

Quod maxime obtinet in præsenti respectu Martinæ Donlope. Quæ Iudices impetrauit, commissionem præsentauit, & actrix fuit. Nam sicut agens videtur approbasse iudicium, & suas qualitates pro se, ita debet recipere contra se: *c. 1. 39. distinctione. c. cum olim cum ibi notatis de censibus: per quæ ita tradit Socin. in d. c. quod clericis versi. 3. quia sicut de foro competenti.*

Quarto principaliter. Licet nec speciali priuilegio fifci, nec ratione dependentiæ, neque priuatiue, neque etiam cumulatiue competeret iurisdictio istis Commissariis: vt in prædictis tribus argumentis. Et sic 38 licet istorum † Commissariorum iurisdictio esset regulanda iuxta dispositionem fori *primi de commißionibus, & rescriptis, fol. 29.* iuxta quem. Si Rex aliquam causam in prima instantia comittat, seu deleget; potest pars iurisdictionem commissarij declinare, & petere se remitti ad suum Iudicem ordinarium, & localem. Cum per priuilegium generale Regni, nemo sit extrahendus a suo Iudice ordinario, & locali: *vt tradit Bardaxi ibid. in post Molin. ver bo actor versi. reus quilibet, & ver. Iudex ordinarios.* Tamen ea dispositio fori (quod scilicet declinante parte non teneat commisßio, vel delegatio in prima instantia) procedit si opponatur a parte, ita quod allegetur fori declinatoria, secus † si pars taceat, & declinatoriā non opponat. Quia tunc gesta per delegatum tenerent: *per tex. in d. foro 1. de commißionibus, & rescriptis, vbi tradit Bardaxi num. 1. & per forum 3. de foro competenti quorum authoritate ita tenuit Molinus ver. iurisdictio delegata, fol. 199. col. 4.* dicens per ea iura. Quod in hoc Regno prorogatur iurisdictio delegata etiā per tacitum

tacitum consensum. Nam tacendo videtur consentire in iudicem non suum *sequitur Bardaxi in d. num. 1. & 2.* vbi subiicit quod vt non fiat prorogatio requiritur quod in quolibet actu fiat protestatio. *Iacobus de sancto Georgio in l. non videtur. ff. de iuditiis Bald. in l. pacta nouissima. ff. de pactis, Felin. in c. cum M. Ferrariensis n. 68. de constitutionibus Maranta de ordine iudic. distinct. 12. Iuss. & alij in l. si per errorem, & in l. si conuenerit de iurisdictione omnium iudicum.*

Neque opus est, quod in prorogatione expræsse conueniant partes de executione sententiæ, & ita de denegatione recursus. Sed satis

39 est, † quod simpliciter iurisdictio prorogetur, vt etiam prorogata dicatur quoad potestatem exequendi: *ita Butrius. in cap. P. & G. de offitio delegati circa quod videndus est late Anton. de Matheis in tract. de iudiciis num. 77. versi. sequitur effectus prorogationis, latissime tradit Socin. in c. significasti de foro competenti per nouem articulos, & per quam plures quæstiones vbi in sexto articulo versi. 1. igitur* dicit quod communis opinio est. Quod regulariter tam in ordina-

40 rio, quam in delegato † in casibus in quibus alias potest fieri prorogatio, inducitur consensus prorogandi simpliciter adeundo iudicem, & litigando coram eo, vel quoscunque actus coram eo absque protestatione faciendo: per quam plura, quę ibi allegat.

Cum ergo potuerint istæ partes alterius ordinarij, vel delegati, quãtumuis alieni iudicis iurisdictionẽ prorogare, quod idem est quod augere, seu extendere, & alterius iurisdictioni se voluntarie submittere: *l. 1. & 2. ff. de iudiciis. c. de causis vbi omnes. c. P. & G. de offitio delegati. l. si conuenerit. ff. de de iurisdictione omnium iudicum, c. significasti, vbi latissime Socin. & alij de foro competenti, Bardaxi, & alij supra.*

Inde summe confert ad propositum vtilissimus prorogationis effectus. Quod effectus, natura,

41 aut qualitas † iurisdictionis prius existentis non alteratur vigore prorogationis, sed est eiusdem naturæ & qualitatis, cuius erat inter eos, quorum erat iudex: *l. Episcopalem, vbi Bar. C. de Episcopali audientia Romanus in l. si quis arbitratu. ff. de verborum oblig. Socin. latissime in d. c. significasti arti. 7. versi. assummo nunc de foro competenti.* Vnde ex vi prorogationis iurisdictio prorogata, quo ad causam in qua prorogatur, censetur eiusdem naturæ & qualitatis cuius erat in negotio principali. *Paulus Castren. in l. 1. ff. de iudiciis, vbi Curt. Iun. conducit tex. in l. etiam ff. de iure dotium, & in l. inter socerum, §. cum inter. ff. de pactis dotalibus.*

Vnde cum D. Rex, & eius Commissarij quoad causam principalem punitionis, & confiscationis in crimine læsæ Maiestatis habeant iurisdictionẽ inappellabilem, & absque limitatione, & recursu: vt late supra. Ergo quoad hanc causam ex præsso Martinæ Donlope consensu prorogatam habebunt iurisdictionem eiusdem naturæ, & qualitatis prius existentis, & super principali competentis, & sic absque appellatione, & recursu.

Sicuti enim quando iurisdictio eius est naturæ, vt procedatur su-

42 marie † & iuris ordine nõ seruato in causa principali. Similiter post prorogationem eandem retinebit naturam in causa prorogata, & erga personas prorogantes, inter quos ipsius iurisdictio erit summaria: prout antea erat *l. Episcopalem,*

& ibi not. Bart. *C. de Episcopali audientia. Roma. in l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. Socin. in d. c. significasti in 7. art. principali. versi. assummo. nunc.*

Et pari ratione (ad propositum pro decisione nostri casus) si erat
43 talis iudex a cuius sententia † non poterat in principali appellare, ita quoque per istos prorogantes appellare non licebit in causa prorogata. Et e conuerso si erat talis iudex a cuius sententia qualibet etiã interlocutoria appellari poterat, similiter etiã per prorogantes appellari poterit. Ita probat textus expræssus *in l. Episcopale iudicium. C. de Episcopali audiẽtia*, vbi clare deciditur laycos Episcopi iurisdictionem prorogãtes nõ posse appellare in casibus, in quibus alias non liceret in iurisdictione principali ab Episcopo appellare. Et ibi ita tenuit Bar. clare decidens nostrum casum. *Idem Bart. in l. ex consensu ff. de appellationibus Lappus in c. fin. de exceptionibus lib. 6. Speculator in tit. de competentis iudicis additione §. 1. versi. sed ad quem appellabitur, late Socin. in d. c. significasti. art. 7 versi. assummo nunc, & artic. 8. versi. descendo nunc ex ordine*, vbi similiter dicit; quod appellabitur ad superio-
44 rem † ipsius iudicis, cuius iurisdictio est prorogata, & non ad proprium ordinarium, & quod si est delegatus apellabitur ad delegantẽ, cuius, vel sui Commissarij iurisdictio esset prorogata: iuxta vulgarem regulam. Quod ad delegantẽ, & non ad alium iudicem appellari debet a delegato: glos. *in c. P. & G.* loquens etiam in terminis prorogationis *de offitio delegati. Bald. in d. l. 1. ff. de iudiciis, Socin. in d. c. significasti, art. 8. versi. descendo nunc.*

Atque ita proragatio habet, & præsefert quoad appellationem, & alia omnia iurisdictionem eiusdẽ naturæ, qualitatis, & formæ in causa prorogata cuius erat ante prorogationem in causa principali: prout etiam ad alium propositum, tenuit glossa *in c. præsentata verbo, sed nunquid de testibus, & in c. tua nobis in fine de appellationibus, Felinus in c. de causis, limti. 2. de offitio delegati, Marcus Anton. Blancus in tractat. de compromissis tit. de prorogatione numer. 54.*

Cõstat igitur ex prędictis. Quod cum in causa principali læsæ Maiestatis, & cõfiscationis bonorum nõ possit à D. Rege, vel eius Commissariis haberi recursus ad Curiam D. Iustitiæ Aragonum, sed ad ipsum met D. Regem tantum. Ita similiter in hac causa prorogata super bonis confiscatis erit iurisdictio eiusdem naturæ, & qualitatis: vt isti prorogantes non possint ad Curiam D. Iustitiæ recurrere, sed tantum ad D. Regem delegantem sicut in principali causa criminis.

Quinto (vltra prædicta quatuor tuor fundamenta fundata in speciali priuilegio Fisci, & Procuratoris Cæsaris, & in ratione dependentię, pręuentionis, & prorogationis) ex alio etiam apparet istam Commissariorum iurisdictionem nullatenus fuisse foralibus dispositionibus subiectam, sed vt vulgo dicimus, desaforatam, & sic inappellabilem, & absque aliquo recursu forali, nedum quia materia subiecta ita postula-
45 bat, sed etiam ex verbis, † & tenore commissionis quatenus in ea dicitur. *Que se ayan de remitir los processos conclusos, y en punto de poderse declarar al Vicecanceller, y Regentes del nuestro Consejo supremo de Aragon, que cabe nos reside con todos los demas, que han respecto a qualesquiere otros creditos, vltra de los sobredichos, para que los pro-*

los pronuncien, y declaren como fuere de justicia. Ista enim commissio dupli ci ex capite fuit contra foros Regni concessa. Tam scilicet ex eo.

46 Quod nō potest † D.Rex extra Regnum cognoscere de causis Aragonum, tam principalibus, quam appellationum: *vt in §. item que ningũ Iudge in priuilegio generali, fol. 7. & in obseru. 4. de appellationibus. fol. 29.*

47 Quam ex eo. Quod D.† Vicecācellarius, qui tunc erat extraneus à Regno posset de causis cognoscere, contra id quod est clare prohibitum *in foro 1. & 2. de officio Cancellarij. fol. 17* Vnde permissa facultate pronuntiandi D. Vicecancellario, etiam extraneo, & extra Regnum existenti, & sic contra claras dispositiones forales. Per consequens iuxta te-

48 norem commissionis † denegata videtur potestas quibuscunque aliis iudicibus, qui possent cognoscere, vel pronuntiare iuxta forum: ex clara vulgari regula tex. *in l. cum Prætor. 12. ff. de iudiciis*, vbi traditur. Quod cum Prætor vnum ex pluribus iudicare vetat, cæteris id committere videtur vbi glossa *verbo vi-*

49 *detur.* Dicit idē esse e contra † quod commissa iurisdictione quibusdam censetur aliis denegata: *argumento tex. in l. maritus. C. de Procuratoribus l. quod Labeo. ff. de compensationibus. l. cum ita in fine. ff. de conditio. & demõstrat. c. nonne, vbi latissime Felin. de præsumptionibus. Curt. Sen. consi. 42. num. 27. versi. vlti. respondeo* vbi dicit quod concessio de vno negat de alio. *De quo latissime* Franc. *Beccius consi. 55. num.* 11.

Quæ fortius procedunt in præsenti attenta natura illius vocis, *que se ayan de remitir.* Nam verbum *de-*

50 *beat* † est verbum præcissum, & importat præcissam necessitatem. *l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris cũ aliis apud Alexā. consi. 223. in fine lib. 2. Decium consi. 340. in principio, Iass in §. curare, num. 2. institutionum de actionib. Paris. consi. 22. num. 32. lib. 2 Cephal. consi. 339. num. 18. consi. 360. num. 8. Surd. consi. 81. num. 14. lib. 1.*

Et quamuis dubitari possit. An D.Rex posset eam commissionem (vt vulgo dicimus desaforatam) cōcedere, & partibus recursus forales tollere, & facultatem declinandi prohibere: contra regulam foralem *tex. in d. foro 1. de commissionibus & rescriptis.* Tamen ex quo pars sciens, volensque Commissionem impetrauit, præsentauit, & ea vsa fuit: eo ipso censetur ipsam approbare, & foralibus dispositionibus, & recursibus quibuscunq; foralibus renunciare suo consensu, & voluntate. Vnde non poterit postea

51 † ad formam foralem redire, & formam desaforatam, quam semel elegit, reprobare: *l. si quis testibus, C. de testibus. l. Pomponius scribit. ff. de negotiis gestis. Beccius consi. 3. num. 39. Osascus decis. 62. num. 18. Surd. consi. 18. num. 2. lib. 1.*

Existente ergo commissione & processu desaforato, non potuit Curia D.Iustitiæ Aragonum se intromittere, nec ad eā recursus aliquis haberi, etiam per electionem iurisfirmæ. Prout obseruat Regia Au-

52 dientia † quæ in talibus processibus desaforatis non consulit, nec se intromittit: vt tradit Bardaxi *in tracta. de officio Gubernatoris super criminalibus. c. 19. num. 23. 24. 25. pag.* 244. dicens quod pro sententiis latis in Processibus statutariis, seu desaforatis, nec in vim illorum nō conceduntur, nec concedi solent literæ (de quibus ibi agitur) iuxta forum de homicidio. Licet enim posset dubitari, ex quo verba illius fori sunt generalia apta compre-

hendere

hendere omnem sententiam, siue latam in Processu forali, siue statutario. Tamen intelliguntur restricta ad sententiam latam in Processu forali, quod est aptissimum in præsenti. Vnde (inquit) non consueuit Regia Audientia tales literas concedere, nisi sit lata sententia in Processu forali, & votato per Dominos de Regio consilio, qui nõ videntur astricti ad votandum, nisi Processus actitatos iuxta forum. Licet referat quandoque factum cõtrarium in quodã Processu statutario.

Ratio prædictorum est euidens. Nam D. Iustitia Aragonum per viam contrafori solum potest se intromittere in illis causis, & in illis personis, in quibus † debent
53 seruari fori. Ad eum enim recurritur vbi fori non seruantur. Cum sit nostrorum fororũ, & priuilegiorum Regni præsidium, & fundamentum, & cum sit iudex † me-
54 dius inter Regem, & Regnum pro obseruantia fororum. De cuius excelentia per multa ob eam causam tradidere Ioannes Ximenez Cerdã, in epistola missa Martino Diez de Aux, referens singulare dictum Benedicti Papæ XIII. Otomanus *in Franco Galia. c. 10. D. Ferdin. de Medoza de pactis, lib. 1. cap. 5 quæst. 2. numer. 7. & 21. Miedes Episcopus Albarraci. in vita Regis Iacobi, lib. 10. Zurita in Annalibus, lib. 6. cap. 63. & lib. 4. cap. 54. & Hieronymus de Blancas latissime in lib. singulari de huius Magistratus dignitate, & potestate.* Si ergo ad eum recurritur vbi non seruantur fori: vt eos obseruari faciat, (exemplo † Tribuni, cui in hoc
55 assimilatur: *vt tradit Bardaxi de officio Iustitiæ Aragonum in præludiis, numer. 5 quæst. 5. versi. in eo vero, quod fol. 99. col. 3.*) Ergo non erit ad eum recurrendum in casibus in quibus Rex non habet limitatam potestatem, nec vbi non teneatur seruare foros, nec vbi processus sit, vel esse debeat desaforatus, vel ex natura causæ, vel ex thenore cõmissionis, & voluntate, & aprobatione partium: vt in præsenti. Quia non po-
56 test † dari priuatio, nisi præcedat habitus, quem sui natura priuatio præsupponit: *l. decem vbi Iass. post alios, num. 17. & num. 44. vsque ad finem. ff. de verbor. oblig. l. Manumissiones, & ibi scribentes ad hoc notant. ff. de iust. & iur. l. reuitit in fine, & ibi Salicetus, Fulgos. & Roma ad hoc notant de iure iurando, c. ad dissoluendum vbi Abb. in vlt. notabili de consanguinitate, & affinitate.*

Qua ratione non est locus electioni iurisfirmæ, nec D. Iustitia se intromittit, nec ad eum potest recurri, vt compellat seruare foros, in casibus in quibus non debent seruari fori, veluti in processibus statutariis, & desaforatis, in sententiis prolatis per Dominos vassallorum habentes absolutam potestatem, vel quando D. Rex cognoscit de causis suorum officialium delinquentium, inter quos D. Rex non habet limitatam potestatem. Cum illos Ara-
57 gonenses D. Regi † remisserint puniendos pro libito voluntatis, per illa verba (*de vuestros officiales fed lo que en querredes.*) Pro. vt disponitur. *in obseru. 1. de priuilegio generali, & in foro. 1. de la Inquisicion. vt per Molt. verbo inquisitio, fol. 183. col. 1. & verbo officiales delinquentes, fol. 244. col. 2.*

Ergo ita pariformiter dicẽdum erit in præsenti; vbi processus, vel ratione dependentiæ, vel ex thenore comissionis, & voluntate, & aprobatione partis potuit, & debuit esse desaforatus: vt supra.

Sexto

Sexto maxime etiam considera-
tione dignum est. Quod cum sacra
Maiestas D. nostri Regis apposue-
rit manum, nedum super causa cri-
minis Emanuelis Donlope, verum
etiam super causa ciuili bonorum
confiscatorum, cognoscendo per se
vel per suos Commissarios: non po
tuit aliquis inferior super eo se in-
58 tromittere. Non potest siquidem
† talis causa reuerti ad ordinarium,
nec ad alium, sed ad ipsummet Re-
gem, & supræmum consilium: *iux
ta textum in c. vt debitus. de appellatio
nibus. Bald. in l. si vt proponis la pri-
mera. num. 5. versi. quæro Papa. C. quo
modo & quando iudex & in c. 1. §. ad
hoc col. 3. versi. ex præmissis. de pace
iuramento firmanda, Decius pulchre
consi. 137. nu. 3 versi. non obstat illud,
Menoch. consi. 340. nume. 49 lib. 4.
& post Bald. & alios tradit Banzius
de nullitatibus in titu. de nullitate ex
defectu iurisdictionis ordinariæ nu. 70
& nu. 71,* plura cumulans in appo-
sitione manus Papæ, & plures Ro-
tæ decisiones referens. *Bene Re-
buf. in constitutiones Regias tom. 1. tit.
de euocationibus, arti. 1. num. 99. pag.*
449. dicens: Quod euocatione se-
mel facta, & intimata, licet deser-
ta sit per partes, nunquam tamen
causa reddit ad illum Iudicem, vel
Senatum, à quo euocata est, sine re-
missione Principis, vel Magni Cõ-
silij. Ex quo infert, quod si causa
à Principe committatur decidenda
alicui, & ille moritur, non reddit
ad ordinarium, nec amplius de ea
cognoscet: *ex multis ibi allegatis, &
apud Sardum decis. 175. ex numer. 5.*
Cum ergo D. Rex ex expressa vo
luntate, & approbatione vtriusque
partis apposuerit manum in huius
modi causa eam committendo desa-
forare. non poterit, nec ad D. Iusti
tiam, nec ad alium ordinarium
causa veteri iuxta foros deuolui:
sed ad ipsummet Principem dele-
gantem reuerti, qui manum ap-
posuit. *c. super questionum. §. porro de
offitio delegati, cum aliis.*

Quod cõfirmat generalis, & vul
garis regula: Quod à delegato ad
59 delegantẽ regulariter † appellari de
bet, nõ ad alium. *l. 1. ff. quis & à quo.
l. precipimus. C. de appellat. §. 1. versi.
si quis contra aliquem. in auth. de san-
ctiss. Episcopis. Mansuerius in praxi.
titul. de appell. numer. 23. Franc. Mar-
cus decis. delph. 72. num. 2. par. 1. De-
cianus, consi. 3. numer. 18. lib. 5. Petrus
Gregor. de appell. lib. 2. cap. 8. nume. 9.
& num. 10. versi. si princeps tempora-
lis. Bernardus Grauæus in practica Ca
meræ Imperialis. conclu. 121. nume. 1.
Marcus Anton. de Amatis in decis.
Marchia. 47. per totum.*

Septimo. Prædicta omnia (scili
cet quod D. Rex solus, aut Com-
missarij à sua Maiestate nominati
nedum cumulatiue, sed & priuati-
ue ad alios, & absque aliquo recur-
su cognouerint, nedum de crimini-
bus, verum etiam de confiscationi-
bus, & de viduitatibus, dotibus, &
aliis creditis, dominiis, aut iuribus
ad tertios pertinentibus) in quam
plurimis causis, & Processibus ita
fuerunt obseruata, & practicata
multoties post annum 1591. Vnde
60 talis obseruantia subsequuta † & per
actus tam geminatos practicata de
clarat, ac interpretatur leges, seu
foros de hac materia loquentes, si
qua in illis quoad hoc esset dubie-
tas. *l. si de interpretatione. ff. de legibus
c. cum dilectus de consuetudine.* Quia
consuetudo est optima legum inter
pres: *vt per Crauettam consi. 201. nu-
mer. 14.*
61 Nam quodcunque † dubium ex
aliqua lege, vel scriptura resultans

nullo magis modo declaratur, quã ex obseruantia subsequuta: *Ioann. Andre. in additione ad specum titu. de instrumentorum editione. § nunc dicendum in additione magna incipienti de argentario circa finem vers. sextum est temporis obseruatio nume. 44. Cinus apud Bald. consi. 400. col. 1. lib. 4. Bald. consi. 405. num. 9. lib. 5. Alex. consi. 138. num. 5. lib. 1. Loazes super oppido de mula. pag. 441. Ioseph. Ludou. in suis cõmunibus concl. 38.* Et late, & pulchre, quã solet eruditione doctissimus D. Frãciscus de Sancta

62 Cruce & Morales † primùm generalis Gubernatoris Assessor, Regius deinde Cõsiliarius, strenuus modo, & acerrimus Regij Fisci, & huius causæ aduocatus, & deffensor, nunquam satis pro dignitate laudatus, in allegatione impræssa pro D. Petro de Mendoça. *num.* 144.

Et obseruantia subsequuta habet vim testium deponentium super veritate facti: *ex Craueta de antiq. temporum. 1. par. sectione 4. limitatur num. 16. fol. mihi 53.*

63 Nam causa inadæquata præsumitur effectui subsequuto: *Bal. in l. si certis annis, C. de pactis Iass. consi. 128. num. 1. lib. 4. Craueta consi. 101. in fin. Natta consi. 406. Gregor. Lopez in l. 53. tit. 6. partita. 5. glos. 1. in fin. Mol. de primogeniis lib. 2. cap. 6. nu. 52. Ioan. Ioseph. Ludou. decis. Perusina 62. num. 7. Castro in cap. 1. de lege pœnali pag. 16. fol. paruo Menoch. consi. 21. num. 9. inquiens initia ex obseruatione longa clarificari, & consi. 331. nu. 21. consi. 341. num. 5. consi. 390. num. 16. consi. 400. num. 12.*

Nam vsu inuiolabili confirmata destruere est difficillimum: *Bal. consi. 370. vol. 3.* Imo inuertere mundum, *Bald. consi. 262. lib. 1.*

Vnde si quid esset dubietas ex verbis fori noui Tirasonæ pote-
ollum

statem non limitatam in his causis probantis, vel ex aliis antiquioribus foris: illa satis in hac causa ex obseruantia subsequuta declaratur, & perspicua redditur: *ex Ceph. consi. 347. num. 32. Ioseph. Lud. concl. 38. illatione. 25. 26. 41. 50. 56. 89. 123. 134. 140. 158.*

Neque ad hanc consuetudinem,

64 † interpretatiuam requiritur præscriptio. Sed satis est aliquãdo. Fuisse etiam semel ita obseruatum: vt in presenti: *ex notatis in l. de quibus. ff. de legibus Alex consi. 107. num. 2. lib. 2. consi. 8. num. 7. lib. 6. Crauet. consi. 101. num. 4. versi. & adeo potens est. Castrens. consi. 34. col. vlt. lib. 1. Petrus Rabinas in tractatu de consuetudine, num. 177. Rechus de Curte in eodem tract. nu. 45. versi. quarto quero, Alciat. consi. 95. num. 6. Silua Nuptialis lib. 5. num. 94. versi. nec requiritur, Molina de Primogeniis, lib. 2. cap. 6. nu. 58. Frat. Becius, consi. 101. num. 50. lib. 1. Ioseph. Ludo. in communibus concl. 38. col. 2. versi. ampliatur primo Menoch. consi. 21. num. 15. consi. 75. numer. 76. & de arbitrariis casu 98. num. 11.*

Nec obstant in cõtrarium adducta. Quibus & si per prædicta plene satisfactum videatur: magis tamen in specie respondeo.

Ad primum, & secundum respondeo. Quod licet verissima sit

65 regula posse † ad D. Iustitiam a quibuscumque iudicibus per viam electionis iurisfirmæ recurri, quasi ad alterum Tribunum, ipsumq; in omnibus causis Fiscalibus esse regulariter iudicem competentem, quasi alterum Procuratorem Cæsaris. Tamen istæ verissimæ regulæ forales procedunt in casibus, in quibus D. Rex tenetur seruare foros, & li-
mitatam

mitatam habet potestatem iuxta fo
ros: prout regulariter contingit, sal
ua sua Clementia: *vt in foro vnico de*
his quæ D. Rex, fol. 14. & in foro vnico
de iuramento præstando, fol. 36. Secus
66 tamen est in casibus † particulari-
bus, in quibus D. Rex limitatam po
testatem non habeat, & foralibus
dispositionibus non subiiciatur, &
sic ad forales iudices in subsidium
recurri nequeat vt in causis officia
lium delinquentium, & in crimine
læsæ Maiestatis, & similibus, siue
hoc contingat ex natura causæ, &
speciali fisci priuilegio in materia
huius criminis, & confiscationis, vel
ratione dependentiæ, vel præuen-
tionis, vel prorogationis, vel ex the
nore commissionis, & approbatio-
ne, & consensu partium, vel ex ap-
positione manus Regiæ, vt late su-
pra.

Prout innitendo foris videmus
67 plures † esse causas, quæ nec in pri-
ma, nec in secunda instantia tracta-
ri possunt in Curia D. Iustitiæ. Vt
sunt causæ D. Regi reseruatæ. *De*
quibus in obs. nota quod tres de foro cõ-
pet. & per Molin. fol. 295. Istæ siqui-
dem causæ (*inquit Bardaxi in titul.*
de offit. Iustitiæ Aragonum super rubr.
nu. 5. quæst. 5. fol. 109. col. 3. versi. tan-
dem sunt quędam.) vel sunt tractan-
dæ in Regia Audientia præsidente
in ea D. Rege, vel eius locumtenen
ti generali, vel sunt tractandæ ab
eo, cui dictæ causæ sunt demanda-
tæ a D. Rege, vel eius locumtenen
ti generali, qui potest prædicta Prin
cipi reseruata committere in vim
verborum suæ commissionis. Et sic
in prima instantia erunt dictæ cau-
sæ tractandæ per supradictos. In se
cunda vero similiter debent tracta-
ri per Iudicem ab eodem D. Rege
delegatum. Et sic refert fuisse ob-
seruatum in causa super diuisione
terminorum de Ricla, & de la
Almuñia (quæ est de reseruatis D.
Regi *ex d. obser. Item nota quod*
tres de foro compet.) Et idem in effe-
ctu repetit idem Bardaxi *in foro, vt*
debitus finali, de regentibus officium
gubernationis vt non possint alium re-
gentem fol. 92. col. 2. versi. nisi in cau-
sis. Et iterum in foris sub titul. Repa-
ro dela Audientia Real, foro 5. Que las
causas de apelacion, fol. 42. col. 1. ver
sic. fallit tamen dispositio.

Ad tertium respondeo, Regentẽ
Regiam Cancellariam in præsenti
specie nec esse ordinarium, nec ha-
bere potestatẽ cognoscendi, tãquã
68 iudicem ordinarium, vel tanquam
Regentẽ. Quia in † causis Fiscali-
bus, quæ inter Regem, & priuatum
tam actiuè, quam passiuè in prima
instantia vertuntur solus D. Iustitia
Aragonum, & non alius priuatiue
cognoscit *foro. 1. & 2. de Procuratore*
Fisci fol. 42. foro vnico, quod inhibitio
nes Iustitiæ, fol. 24. obseru. item de om
nibus causis de priuilegiis militum, fol.
20. col. 3. obseru. item in Aragonia in-
terpretationes qualiter, & in quibus,
fol. 23. col. 4. & in foro. 2. de offitio
Iustitæ Aragonum fol. 21.

69 Vnde cessat argumentum. Quia
excitatio iurisdictionis † ordinariæ
solum habet locum in illo, qui alias
esset futurus ordinarius. Quod non
procedit in presenti. *Ita presuponitur*
in c. licet de offitio ordinarij foro fin. &
ibi Bardaxi de commissionibus & res-
criptis, & in foro. 4. vbi etiam Bar-
daxi de Regente offitiũ gubernationis.

Ad quartum respondeo. Quod
cum in crimine lęsæ Maiestatis, quo
70 ad iudicium † criminis ex clara fori
dispositione non habeat D. Rex li-
mitatam potestatem, & per conse
quens cognoscat omni alio recursu
cessante: eodem certe priuilegio po
titur causa Fiscalis super bonis cõ-

fiscatis, licet ciuilis sit, tam ex natura causæ, & spetiali priuilegio Fisci, quam ratione dependentiæ, & ex vi præuentionis, & protogationis, & ex thenore commissiones, & voluntate, & consensu partium, & ex manus appositione: vt late supra.

Nam quamuis in terminis iuris
71 communis Præses, † vel iudex ordinarius, & non Procurator Cæsaris cognosceret de causa criminis læsæ Maiestatis. Tamen de causa ciuili bonorum confiscatorum solus procurator Cæsaris priuatiuè cognosceba t: *vt in l. 1. & 2. & in l. fin. C. vbi causæ Fiscales cum aliis supra.*

Inde in Aragonia certius cognoscet de causa Fiscali bonorum confiscatorum (quamuis Ciuili) Procurator Cæsaris, cui assimilantur isti Commissarij ad has causas specialiter desigdati. Cum (quod fortius est) possint etiam cognoscere priuatiuè de crimine, in quo forus clare expræssit D. Regem limitatam potestatem non habere.

Ad quintum respondeo primo.
72 Quod licet † vno ex delegatis mortuo non possit alter in causa solus procedere, potest nihilominus superior alium loco defuncti subrogare, qui simul cum superstite de causa cognoscat: *l. placuit. C. de pedaneis iudicibus per quam ita tenent Bar. Imol. & Cuman. in l. duo ex tribus vbi Iass. num. 3. eos deffendit ab impugnationibus Paul. & Alex. ff. de re iudicata, Bald. in d. c. vno delegatorum num. 4. de officio delegati, Albericus in l. item si vnus. §. si plores num. 7. ff. de arbitris. Menoch. consil. 340. numer. 24.*

Secundo respondeo. Quod cum hæc causa ex voluntate vtriusque
73 partis fuerit † semel ad D. Regem euocata, illique manum appossuerit, nunquam reuertitur ad alium, sed ad ipsum manet D. Regem delegantem, siue delegatus moriatur, siue pronunciet *Bald. in l. si vt proponis la primera, num. 15. versi quæro Papa C. quomodo, & quando iudex. in c. Bald. in c. 1. §. hoc col. 3. versi. ex præmissis. de pace iuramento firmãda Dec. pulchre consi. 137. num. 3. versi. non obstat illud Menoch. consi. 340. num. 49 Banzius de nullitate ex deffectu iurisdictionis ordinariæ num. 69 & 70. Rebuf. de euocationibus arti 1. nume. 99. Surd. decis. 175. ex num. 5.*

Nam protogatio in primum Cõmissarium continuatur in successorem in illa commissione: *vt per Doctores in l. 1. ff. de iuditiis, & est decisio Rotæ, quam refert, & sequitur Antonius Burll. in tractu. de tempore Nili. c. 5. num. 4.*

Tertio respondeo. Quod cũ post morte vnius ex delegatis alter dele-
74 gatus † vlterius processerit, nedum sciente, & patiente superiore, sed etiam & ipso superiore, & ipsis partibus expresse approbantibus, valet sententia, & processus, non obstante morte alterius delegati: *vt notabiliter tradit Dec. in cap. prudentiam. 21. in principio, num. 23. versi. notandũ tamen est singulariter. de offitio delegati allegans notata in simili per Guillermũ de Cugneo in l. 1. in princ. ff. de exercitoria actione, & Alexan. cons. 54. lib. 5.*

Alias solutiones non prosequor: cum tres prædictæ fuerint expresse in hac causa probatæ per Curiam D. Iustitiæ in processu Thomç Fort & aliorum super iurisfirma grauaminum factorum (de quo nunc agimus.) Ex quorum meritis desumptũ est ad literam sequens fragmentum.

Ex eo & alias non annullantur gesta per iudices à quibus. Quia cum causa iuxta consensum partis fuerit affecta,

cta, & posita in manu Maiestatis domini nostri Regis, & in eius deliberatione: licet aliquis delegatus à Principe ad illius instructionem, & relationem tantum fuerit mortuus, potuit de nouo Dominus noster Rex vnum, & plures, semel, & pluries de nouo in locum mortui subrogare vsque ad causæ conclusionem. Et maxime cum D. noster Rex in delegatione reseruauerit sibi causæ decisionem. Quo casu non videtur iurisdictionem in se prorogatã totaliter abdicasse. Et quia cum D. Martina Doolope impetrauit delegationem cœperit coram delegatis agere, & ibi forum sortita fuerit, suos instantia affecit hæredes, vt ibi prosequi teneantur.

SECVNDVS ARTICVLVS.

An potuerit appellari ab interlocutoria per quam fuit declaratum electionem iurisfirmæ fuisse prosequibilem.

CIRCA secundum articulum admittendæ appellationis per Regiũ Fiscum & Marchionissam interpositæ ab ea pronuntiatione facta die 23. Septembris, anni 1600. per quam fuit declaratum esse prosequibilem electionem iurisfirmæ, potuisseque ad Curiam D. Iustitiæ recurri a sententia lata per Commissarios super bonis confiscatis.

Difficultatem facit. Quod licet a sententia lata in processu electionis iurisfirmæ grauaminum faciendorum possit appellari ad Regiam Audientiã: *vt in foro 4. vers. excepto tit. de appellationibus, fol. 143. foro quærientes de firmis iuris, fol. 13?. foro quando. titu. de emparamentis, fol. 94.* Tamen dicunt foristæ, non posse appellari ad Regiam Audientiam

75 a sententiis latis in causis † electionis iurisfirmæ grauaminis, seu contrafori facti, nullumque (præter D. Iustitiam) posse de causis contrafori facti cognoscere. Quod licet non sit scriptum in foris, tamen est in capitibus prudentum, & ita fuisse sæpissime dictum, & deliberatũ in Curia D. Iustitiæ Aragonũ referunt Molinus *verbo appellatio versi. appellari potest de foro, fol. 19. col. 3. & col. 4. & fol. 20. col. 1.* Pleban. *ver. appellatio. num. 127. Bardaxi in titu. de offitio Iustitiæ Aragonum in Rubr. quæst. 5. nume. 5. versi. de causis igitur, fol. 109. col. 1. in fine.* Ferrer in *practica iudiciali c. de appellatione, versi. in Aragonia Iustitia, fol. 86. col. 2. alias fol. 73. col. 1.*

Vnde colligit pars aduersa. Quod sicut a sententia diffinitiua lata in processu electionis iurisfirmæ grauaminum factorum appellare non licet ad Regiam Audientiam: ita neque liceat ab interlocutoriis, incidentibus, & emergentibus. Ex sequentibus.

Primo. Quia ita ab interlocutoria prohibetur appellatio, sicut a

76 diffinitiua: cum † eadem est prohibi-

bibitionis ratio in interlocutoria, quæ in diffinitiua: *Benedictus de Plumbino in l. etiam §. absens ff. de manumissis vindicta quem refert, & sequitur Menoch. de adipiscend. poss. remedio. 4. num. 813. Achiles personalis in tract. de adipiscend. poss. num. 336.* At qui in præsenti eadem est ratio in interlocutoria, quæ in diffinitiua. Siquidem a diffinitiua non appellatur, ne causa reddeat ad D. Regem, qui per se, vel suos officiales grauauit contra forum. Quæ ratio fortius militat in interlocutoria, inqua declaratur, electionem iurisfirmæ esse prosequibilem.

Secundo. Vrget ea vulgaris distinctio scribentium. Quod tunc
77 dispositio prohibens † appellationem non prohibet ab interlocutoria, cum simpliciter de sententia loquitur. Et secus est, cum dispositio absolute, & simpliciter prohibet: tali in causa appellari: tunc enim dicitur prohibita appellatio etiam ab interlocutoria: *Francus in cap. interposita §. ille de appellationibus,* Decius in c. *Pastoralis nume. 4. versi. sed considerandum de appellationibus,* Felinus *in c. causam quæ ad finem de rescriptis Socin sen. consi. 300 num. 6 lib. 2. Menoch. de adipiscenda. remedio 4. num.* 814. At qui consuetudo Regni quascunque appellationes in causis contra fori prohibuit. Ergo, &c.

Tertio confert vulgaris regula.
78 Quod eadem † esse solet natura quæstionis incidentis, vel emergentis in causa principali, quæ est ipsius causæ principalis: *Clementina. dispendiosam de iudiciis, Bart. in l. solet nume.* 8. *de alimentis, Iass. in l. 2. nu. 6. C. de edicto diui Adriani tollendo Decius in d. c. pastoralis num. 4. in fine de appellationibus, Socin. sen. consi. 300. num. 7. lib. 2. Menoch. de adipiscendo. remedio. 4. nu.* 815. Cum ergo in causa principali, atque ita a diffinitiua appellare non liceat, non etiã licebit ab incidentibus, quæ sibi assumunt naturam causæ principalis.

Quarto confert vulgaris illa re-
79 gula. Cum quid prohibetur † prohibitum etiam censetur omne id, per quod peruenitur ad illud: *l. oratio. ff. de sponsalibus.* Cum itaque a diffinitiua appellare non liceat. Ergo nec ab interlocutoria, per quam ad diffinitiuam peruenitur. Ita in specie hac ratione docuit Bald. *in l. vnica num. 4. C. si de momentanea possessione.*

Quinto facit omnino. Quod vbi
80 prohibetur † appellatio a diffinitiua, censetur etiam omnino prohibita ab interlocutoria: cum tangit negotium principale. *Ita Bald. in l. vnica. C. si de momentanea possessione, Angel. in l. vlti. §. penul. ff. de appellationibus, Zucardus in l. finali. nu.* 439. *C. edicto diui Adriani tollendo Menoch. de adipiscend. remedio 4. nu.* 820 At qui hæc interlocutoria tangit negotium principale. Si quidem & in principali, & incidenti tractatur, an sit contra forus. Pro quo posit, vel iurisfirma recipi, vel ad Curiam D. Iustitiæ recurri.

Sexto facit vulgaris foristarum regula. Quod vbicunque per fo-
81 rum † vel consuetudinem priuilegiatur causa principalis, erit quoq; priuilegiata quęcunque quæstio, seu interlocutio incidens, vel emergẽs. Quia accessorium sequitur naturã principalis. *Ita ex gl. fin. in c. causam quæ de resciptis, & ex Bart. in extrauaganti ad reprimendum ver. summarie, tradunt Mol. ver. expensæ versic. in expensis, fol. 134. col. 2. & versi. die Septimbris, fol. 135. col. 1. & verbo executio versi. executio sententiæ, fol. 129. col.*

129.col.1.& versi.sed quæro etiam circa,fol.130.col.3.Pleban.verb. executio,num.52. Quo argumento ductus ita generalem regulam constituit Bardaxi *in rubr.de offi. Iustitiæ Aragonum, num.5. quæst.5. versi. & in omnibus causis fol.101.col.1.in fine*, dicens generaliter. Quod in omnibus causis, in quibus Curia D. Iustitiæ cognoscit, si non possit haberi recursus à causa principali, sic nec ab accessoriis. Quia accessorium naturã sequitur sui principalis: *ex c.accessorium. de reg. iur. iur. 6. cum aliis.*

His tamen non obstantibus contrarium verius videtur: imo debere permitti appellationem ab hac interlocutoria, per quam Curia D. Iustitiæ declarauit, electionem iurisfirmæ esse prosequibilem, & se esse iudicem competentem.

Primo. Nam vulgaris, & trita est regula. Quod ab omnibus iudicib[9],
82 & sentẽtiis † permissa est regulariter appellatio, nisi reperiatur specifice prohibita: *glo.in l.qui restituere.ff.de rei vendica.quam ad hoc allegat Bal. in l.1.C. si de momentanea possessione fuerit appellatum.c.omnis.c.ad Romanam.2.quæst.6. Speculator de appellationibus §. videndum in principio Socin.consi.105 col.3.consi.300. num. 9. versi. secundum est.lib.2.Riminal. Iunior.consi.387. nu. 43 lib 4. Roland. consi.18.col.1. lib.3. Maranta in speculo.6.par. titul. de appellatione num. 247.Surdus consi.163.nume.4. consi. 271.num.17.lib.2.*

Quæ ratio indistincte suadere videtur, debere admitti appellationẽ à sententiis latis tam in causis contra fori facti, quam faciendi. Cum nullibi in foris cautum reperiatur in illis appellari non posse. Et erubescimus (vt dixit Imperator) cum sine lege loquimur.

Quinimo adest etiam certissi-
83 ma † & specialis regula, posse appellari ad Regiam Audientiam ab omnibus sentẽtiis prolatis in Curia Iustitiæ Aragonum in causis contra fori, seu iurisfirmæ, nisi in casibus, in quibus reperitur expræsse prohibitũ: *vt patet ex foro quando.titul. de emparamentis, fol.94. foro querientes titul. de firmis iuris, fol. 139. foro 41 titul. de appellationibus. fol.143. foro.1.col.2.3.& vlti. de executione rei iudicatæ.*

Et quamuis Mol. Bardaxi, Ferrer. & Pleban. superius relati, hanc appellandi permisionem limitent, & tantum procedere dicant, quoad firmas grauaminum faciendorum tantum, secusque dicant in firmis grauaminium factorum, nullam inter vtrumque casum rationem differentiæ assignantes.

84 Tamen quoad firmas † etiam grauaminum factorum adest textus expræssus appellationem ad Regiam Audientiam permittẽs: *in foro.1. titul. de executione rei iudicatæ, fol.135.col.* 3. in illis verbis: *E queremos, que si el que aura recurso contra la sentencia diffinitiua, que en la causa principal sera dada, lo aura esteydo (segun dito es) por via de firma de contra fuero fazedero: e la dita sentencia diffinitiua, que se dara en la dita firma, sera en todo, o en part infirmatoria, o reuocatoria de la dita sentencia diffinitiua, que en la causa principal sera dada, q̃ de la tal sentencia, que en la causa de la dita firma sera dada, pueda de aquella apelar. &c.*

Et quamuis ille forus expræsserit firmam *de contra fuero fazedero*, & sic non videatur procedere in firma grauaminum factorum: prout eum intellexit Molin. *verb. appellatio*

latio, verſi. appellari poteſt de foro, ibi & nota quia dictus forus, fol. 59. col. 3. in fine, & col. 4. in prin. inter quas firmas grauaminum factorum, & faciendorum eſt longa differentia: *vt per eundem Molinum ver. firma ſuper grauaminibus, fol.* 143. *col.*

Tamen nihilominus forus ille ab initio vſque in finem vbicumq; fecit mentionem de firma, ſiue ſimpliciter, ſiue cum illa adiectione *de contrafuero feyto, o fazedero,* intelligitur de firma grauaminum factorum, quam vulgo dicimus electionem iurisfirmæ. Et in hoc ſenſu, promiſcue vtitur in pluribus locis, illa voce *firma de greuges hechos, y hazederos.*

Nam in rubrica loquitur de executione rei iudicatæ, & in toto foro agitur de firma aduerſus ſententiã latam, & ſic neceſſario loquitur de electione iurisfirmæ, quam proſequimur aduerſus grauamen illatũ per ſententiam, quod præſupponit grauamen factum. Quamuis etiã poſsit appellari grauamen faciendũ eo reſpectu.

Quod appellatio, ſeu recurſus
85 iurisfirmæ † aduerſus ſententiam latam duplicem (vt vulgo habetur) includit effectum, deuolutiuum, & ſuſpenſiuum. Ex deuolutiuo prouenit reparatio grauaminis iam illati per ſententiam, quaſi medicina curatiua morbi iam afficientis. Ex ſuſpenſiuo vero prouenit reparatio grauaminis inferendi, & attentandi per executionem ſententiæ, quaſi medicina præparatiua præueniẽs morbũ futurum. Vnde merito ille forus loquens expræſſe de electione iurisfirmæ aduerſus ſententiam iam latam, expræſsit illa verba *contra fuero fecho, o fazedero,* ad denotandum vtrumque effectum iurisfirmæ deuolutiuum, & ſuſpenſiuũ.

Et hæc eſt præcipua, & princi-
86 palis differentia † inter iurisfirmas grauaminum factorum, & faciendorum. Quia iurisfirma grauaminum faciendorum ſolum præſupponit grauamen faciendum, non vero grauamen iam factum. Sed in iurisfirma grauaminum factorum præſupponitur ſemper vtrumque ſimul, ſcilicet grauamen iam factũ, & illatum per ſententiam, ex quo etiam reſultat grauamen in poſterum faciendum per executionem ſententiæ: *prout ſatis colligitur ex eo foro, & ex Molina ver. firma, verſi. firma ſuper grauaminibus, fol.* 143. *col.* 2.

Et hæc declaratio colligitur om
87 nino ex tota contextura † illius fori ponentis regulam cum duabus limitationibus, & vna ſublimitatione. Quod ſcilicet omnis ſententia poſsit executioni mandari (hæc eſt regula) niſi fuerit appellatum, vel præſentata firma *de contra fuero feyto, o fazedero* (& hæc eſt vtraque limitatio) & quod iſta duplex limitatio procedat in prima appellatione, vel firmæ electione, non in ſecũda, ſi ſecũda ſententia fuit confirmatoria primæ. Quia ſi ſit infirmatoria poterit ſecundo appellari, & electio iurisfirmæ fieri. (& hæc eſt ſublimitatio.)

Nam ſicut in cauſa appellationis diſtinguit. An ſecunda ſententia ſit cõfirmatoria, vel infirmatoria primę, ita in cauſa iurisfirmę diſtinguit eoſdem duos caſus. Primus quando ſecunda eſt confirmatoria: *vt in verſi. e dada la ſentencia.* Secundus quando eſt infirmatoria: *in verſi. è queremos que ſi el que aura.* Pariformiter, & quaſi per eadem verba decidens vtrumque caſum appellationis, & electionis iurisfirmæ.

Et ſic cum quæſtio propoſita, *in verſi.*

verſi. è dada ſententia. loquatur de electione iurisfirmæ contrafori facti, in eiſdem terminis debet intelligi reſponſio tradita *in d. verſi. è queremos.* Ne alioquim ſequatur abſurdum: quod deciſsio textus non correſpondeat quæſtioni propoſitæ.

Quinimo abſurdium eſſet dicere. Quod ille forus ſolum loquatur in repulſione iurisfirmæ grauaminum faciendorum, de quo nulla fuit propoſita quæſtio. Et quod ſit diminutus, omittens in toto foro (cum tanta deliberatione confecto) caſum electionis iurisfirmæ contrafori facti. De quo quæſtionem propoſuerat. Quod non eſt dicendum.

Et cum ille forus in primo membro diſtinctionis loquens de ſententia cõfirmatoria procedat ſine dubio in electione iurisfirmæ grauaminis facti. Debet in eiſdẽ terminis intelligi ſecunda pars diſtinctionis *in verſic. è queremos que el que aura,* loquẽs de ſententia infirmatoria. Cum vna pars diſtinctionis declaretur per aliam: vt vtraq; intelligatur in eiſdem terminis: *per regulam textus in. l. 1. ff. de rebus dubiis.*

Quinimo impoſsibile eſt primum membrum illius diſtinctionis poſſe intelligi de repulſione, vel admiſsione iurisfirmæ grauaminum faciendorum. Denegat enim forus in illo primo membro appellationem. Cum tamen certiſsima ſit regula: a ſententia † lata ſuper admiſ-
88 ſione (& ſic confirmatoria) vel repulſione (& ſic infirmatoria) iuriſfirmæ grauaminum faciendorum poſſe indiſtincte ad Regiam Audientiam appellari: *vt in foro. 4. de appellationibus, & in foro querientes. de firmis iuris.*

Immo (vt omnis tollatur difficultas) videtur impoſsibile, quod ille verſiculus: *è queremos q̃ ſi el que aura.* poſsit intelligi, nec verificari in electione iurisfirmæ grauaminum faciendorum. Ratio eſt euidens quadrupliciter ponderando illa verba, *que ſi el que aura recurſo contra la ſentencia diffinitiua, que enla cauſa principal ſe aura dado, lo aura esleydo ſegun dictes, &c.*

Primo dum dicit *contra la ſentencia diffinitiua.* Nam præſuponit grauamen iam factum, & illatum per ſententiam.

Secundo dum dicit, *que en la cauſa principal ſe aura dado.* Nam præſuponit preceſsiſſe aliã cauſam principalem, in qua fuerit lata diffinitiua. Quod non poteſt verificari in repulſione grauaminum faciendorum, vbi non præcedit cauſa principalis, ſed ſolus ſummariſsimus proceſſus iurisfirmę, qui non continet aliquam cauſam principalem, ſed ſolam inhibitionem ſine citatione partis conceſſam, cuius cauſa principalis poſtea fit in proceſſu repulſionis iurisfirmæ.

Tertio dum dicit, *lo aura esleydo.* Quæ verba clare præſupponunt, electionis iurisfirmæ, & illi correſpondent.

Quarto dum dicit, *contra la ſentẽcia diffinitiua.* Quod non poteſt verificari in repulſione grauaminum faciendorum. Ante quam nulla præcedit ſententia diffinitiua, ſed ſola prouiſio iurisfirmæ, quæ non eſt ſententia diffinitiua, ſed potius merũ decretum, vel ſimplex inhibitio, vel quedam interlocutoria.

Vnde immerito Molinus, *verb. appellatio. verſi. appellari poteſt de foro, fol. 19. col. 3.* cum textum intellexit in repulſione iurisfirmæ grauaminum faciendorum. Et merito poſtea ſubdubius, in vtramque partẽ diſputans cogitandum relinquit.

Nec obſtat (præter Molinum) ita

quoque tenuisse Ferrerium, Plebanum, & Bardaxi. Quia loquütur cōtra expressissima verba, & decisionē illius fori. Vnde succedit regula.

89 Quod Doctorum † traditio, vel etiam communis opinio nunquam est attendenda, quando contra communem est textus alicuius legis in terminis: vt in præsenti. *Ita dicunt Ioannes de Garronibus in auth. ex testamento nu.34. post medium. versi. sunt clari. C. de secundis nuptiis. Arias Pinelus in l.1. par.3. num.* 104. *prope finem, versi. & reiecta communi. C. de bonis maternis. Et ex intentione omnium late, & expresse tradunt Ioannes Paulus Lancellotus in sua disputatione. An & quando attendenda sit communis opinio. limit.3. Anton. Maria Corrasius in tract. de communi opinione, lib.2. tit.9. casu.25. num.*135. *Beroius, quæst. familiari. 62. nu.*3. vbi dicit esse communem opinionem Canonistarum. Quod contra communem opinionem est iudicādum, & consulendum, quando contra illam habemus textum clarum. *Idem tradunt Crotus consi.127. nu.11. lib.1. Bologn. in l.1. num.43. ff. si cet. pet. & Borgninus Caualc. in tract. de tutore, & curatore, num.* 246. *circa finem, versi. & ista opinio est sequenda.*

Nec obstat nunquam fuisse visum, quod appelletur à sententia lata in processu electionis iurisfirmæ grauaminum factorū. Ex hoc enim

90 non potest prætendi † introducta consuetudo prohibitiua appellandi, nisi constet, quod aliquando fuit appellatū, & quod non fuit admissa appellatio. Alias enim non sufficit per mille annos non fuisse appellatum. Actus enim appellandi est actus meræ facultatis. Et ex actibus qui iure facultatis fieri possunt, non potest induci consuetudo, vel præscriptio, imo nec possessio, & si per mille annōs factum non fuit: *vulgaris, G. in l. qui luminibus verb. forma Maiestatis. ff. de seruit. rustic. tex. in l. fluminum. §. fin. & l. proculus. ff. de damno inf. ct. Bar. in l. quominus, num.* 27. *ff. de fluminibus, & ibi Ias. super.1. quæst. Bar. nu.*31. *Socin. Sen. consi.*272. *lib.2. Anton. Tesaurus latissime decis.16. num.2.3.*

Quare si ex prædictis apparet nullo foro prohiberi, imo clara fori decisione permitti appellationem à sententia diffinitiua infirmatoria prolata in processu electionis iurisfirmæ grauaminum factorum, cessat ideo omnis dubitatio in præsenti, quo ad interlocutoriam.

Secundo principaliter. Licet (nō obstante clara decisione præ dicti fori, de executione rei iudicatæ,) vel vera esset, vel saltim consuetudine inducta opinio Ferrerij, Bardaxi, & Plebaniudum negant appellationem à sententia prolata in causa cōtra fori facti, tamen hoc erit intelligendum quo ad appellationem interpositam à diffinitiua, non vero ab interlocutoria: vt in præsenti.

91 Nam vbicumque lex † vel statutum prohibet appellationem, habet locum in sententia lata in causa principali, non in emergentibus, vel incidentibus, & sic ab interlocutoria: *Bald. in l. si ex causa §. nunc videndum. ff. de minoribus in cap. ex conquæstione: de restitutione spoliatorum, num.7. versi. item non debuit Ias. in l.* 1. *num.* 5. *versi. limit. & ibi Decius, num.6. versi.5. ab in ordinato. C. de bonorum possessione secundum tabulas, Abb. in cap. Pastoralis in prin. & ibi Dec. num.* 4. *de appellationibus,* Dec. *in. l fin. n.47. C. de edicto diui Adria. tollendo Natta, consi.* 121. *numer.* 4. *Achiles Personalis de adipiscenda, numer.333. Præpositus in cap. Pastoralis col.6.*

col.6.quæst.2.versi.tamen in dubio, & versi.fallit, & ibidem Francus, col.6. quæst.1. & quæst.6. Contardus late in l. vnica.C. si de momentanea possessione, limit.5. Bossius in praxi, tit.de appellationibus, num.10. Couarrub. pract.23. numer.8. versi. cæterum, Menoch. de adipiscen.remedio.4.num.807. Surd. decis.27. nu.10. Lancellotus de attentatis.2. part.cap.15. de atentatis compromisso pendente, num.31. Grabiel. in cōmunibus.lib.6.tit de reg.iur.concl.3. num.60. Farinac.de delictis, quæst.21. num.127. Folerius *in pract. criminali. §.item quod est notorius delinquens nume.14. prope finem, & n.22. Anton. Gomez in l.45. Taurin.nu.194. versi. 3. limit. Hippolitus Rimin. consi. 69. num.20.lib.1.*

Sic quamuis à sententia prolata
92 † in causa hęresis non licet appellare: *vt in c. vt inquisitionis in princip. de hereticis. lib.6.* Tamen hoc intelligitur, quo ad diffinitiuam, non vero ab interlocutoria. A qua poterit in causa hæresis appellari, licet à diffinitiua non posit: *Ita illum tex. in d.cap. inquisitionis declarant ibi Archidiaconus Ioannes Andreas & Geminianus* inde inferens generaliter ad propositū. Quod statutū, vel lex tollens appellationem debet intelligi in diffinitiua, non autem in interlocutoria: *Francus in cap. pastoralis, col.8. quæst.6. versi. sed tu pro primo, de appellationibus, & ibidem Decius, nume.4. versi. pro quo dicto. Idem Dec. in l.1. num.6. versi. quinto ab inordinato C. de bonorum possessione secundum tabulas, Natta consi.121. nu.4. Menoch. de adipiscen.remed.4.num.811. & pulchre Anton.Gomez tom.3. de delictis cap.13 num.31. limit.2.fol.99. col.1. versi. limita,* vbi ex prædicta declaratione *text. in d.cap. vt inquisitionis* infert ad Doctores dicentes. Quod si cauetur lege, vel statuto, quod in aliquo casu non habeat locum appellatio, debet intelligi quoad decisionem totius litis, & causæ principalis, non tamen in interlocutoria, vel actu, qui totam litem non dirimit. Quia tale grauamen non speratur reparari post diffinitiuam sententiam: cum ab ea nō posit appellari. Et hoc dicit reputare singulare Bald. *in l. post sententiam. C. de sententiis & interlocutionibus.* Quod omnino videtur procedere in præsenti specie.

Sic etiam licet minor in criminalibus, & nonnullis aliis causis non
93 restituatur † in facto principali, tamen bene restituitur in incidentibus, vel emergentibus in processu. De quo est textus *in l. si ex causa. §. nūc videndū ff. de minorib.* Quem textum dicit ibi Baldus esse notandum pro statutis disponentibus, quod in certa causa non habeat locum in integrum restitutio, vel apellatio. Quia debet intelligi in decisione negotij principalis causæ, secus in aliquo incidenti, vel emergenti: & interlocutoria. *Sequūtur Alberic. & cæteri scribentes ibi Francus in d. cap. Pastoralis, col.8. quæst.6. versi. pro quo dicto facit, & ibi Dec. numer.4. versi. facit tex. Menoch. dicto remediv. 4. num.810.*

94 Ita si statutum præcipiat † vel prohibeat in aliqua causa compromittere, debet intelligi quoad ipsam causam principalem. Vnde non comprehendit articulos incidentes, vel emergentes: puta, an valeat iuramentum, vel an posint recipi testes, vel an debeat compromitti: *Bald. notanter in l cum proponas in fine n.2. C. de rebus creditis. Decius in d.c. pastoralis, num.4. versi. & in simili. Menoch. d. remedio. 4. num. 812. Socin. senior. consi. 300. nu.9. lib. 2.* vbi quod licet sit prohibita ap-

 pellatio

pellatio à sententiis datis, quando compromittitur, non tamen censebitur prohibita à sententia lata super illo dubio, an sit compromittendum. *Et præsensit Bart. per illum textũ in l. arbitro. ff. qui satisdare cog. tradit Bossi in titul. de appellat. nu. 11. Hyppolit. Rimin. cosi. 69. nu. 21. lib. 1.* Quod est notandum in præsenti.

Qua etiam ratione licet in no-
95 toriis † criminibus non admittatur appellatio: *cap. cum sit Romana §. fin. vbi glo. & DD. de appellationibus cap peruenit. cap. consuluit primo. de appellationibus. cap. cum speciali §. porro de appellationibus. cap. Romana, & ibi glo. & DD. de appellationibus in 6.* Tamen si antequam pronuntietur super pœna delicti notorij, opponatur delictum non esse notorium, & super eo iudex pronuntiauerit notorium esse delictum, & sic super qualitate pronuntiat: ab ista pronuntiatione super qualitate notorij nõ erit prohibita appellatio, quamuis sit prohibita à sententia diffinitiua super notorio. *Ita pulchre declarat Præpositus in c. pastoralis. col. 6. versi. secunda est principalis quæstio de appellationibus. Speculator in titul. de recusationibus §. fin. versi. hoc etiam notat. Lanzelot. de attentatis 2. par. cap. 12. limit. 9. num. 13.* vbi propterea infert. Quod stante appellatione à declaratione super notorio, si fiat
† executio, non minus erit atten-
96 tata, quam si essemus in alio casu appellabili: *pulchre* Follerus *in pract. criminali. §. item quod est notorius delinquens, numer. 14. prope finem, numer. 22.* vbi amplius dicit: Quod licet non possit appellari à sententia diffinitiua condemnatoria super ipso crimine notorio, si tamen
97 appellatur † ante sententiam à non admissione exceptionum, & excusabilium defensionum, quas reus proponit aduersus notorium: talis appellatio tenet, & admittenda est, quoad omnem effectum tam deuolutiuum, quam suspensiuum: *sequitur post plures alios Farinac. de delictis quæst. 21. num. 27. & 28.*

Ita si instrumentum liquidum
98 † executionem paratam habeat, non obstante appellatione: quamuis appellatio nõ admittatur in principali, erit tamen admittenda in incidenti, aut emergenti: vt est ipsa liquidatio instrumenti: *vt per plura late probat Surdus decis. 27. nu. 9. & 10. & idem tradit in simili Hyppol. Rimin. consi. 69. num. 20. 21. lib. 1.*

Quibus & aliis per multis apparet generalis regula, secundum quã in præsenti, licet esset prohibita appellatio in causis contrafori facti: procederet tantum quoad causam principalem, & sententiam diffinitiuam, non tamen in incidenti, vel emergenti, & sic super interlocutoria: vt in præsenti.

Tertio. Nam grauamen illatum per hanc interlocutoriam non posset dici reparabile, nec per diffinitiuam (in qua non est tractandum de hoc) nec per appellationem à diffinitiua (quia est prohibita.) Er-
99 go libera † esse debet appellatio: *l. 1. §. quæsitum ff. de appellationibus l. 2. vbi glo. & Bart. ff. de appellationibus recipiendis, & per Bald. in l. 2. nu. 18. C. de Episcop. audientia, Nata consi. 121. num. 4. Angel. consi. 45 statuto ciuitatis Florentiæ, num. 5. vers. præterea & de iure,* vbi dicit: Quod in causis momentaneæ possessionis, licet non possit appellari à diffinitiua: tamen potest appellari à qualibet interlocutoria. Quia grauamen illatum per interlocutoriam non est reparabile per appellationem à diffinitiua, cum sit prohibitũ appellari ab ea,

ab ea. Quod dicit esse notatu dignum. *Idem Bal. in l. post sententiam num. 4. versi pone ergo. C. de sententiis, & interlocutoriis*, eam etiam assignans rationem. Quod grauamen illatum per interlocutoriam non esset reparabile per diffinitiuam *Aufierius in additio. ad Capellam Tolosanam quaest. vlti. num. 3. Corneus consi. 35. num. 1. lib. 1. Gabatius ad Vestrium lib. 3. cap. 10. num. 6. Osascus decis. 25. num. 14. versi. contrarium, Menoch. de adipiscenda remedio 4. nume. 817. & 863. Anton. Gomez in l. 45. Tauri numer. 194. versi. tertio limita.*

Et ita declarandum est, quod vulgo dicitur: Prohibita a diffinitiua censeri etiam prohibita ab inter-
100 locutoria: cum tangit † negotium principale: *ex Bald. in l. vn. C. si de momentanea possessione, Angel. in l. vlt. §. pen. ff. de appellationibus, Menoch. d. remedio 4. nume. 820. Zucardus in l. fin. C. de edict. diui Adriani tollendo, num. 439.*

Nam cum interlocutoria tangit negotium principale, potest reparari per diffinitiuam proferendam super negotio principali. Secus er-
101 go erit vbi reparari non possit † veluti si iudex pronunties testes esse recipiendos, vel infames recipiendos esse, vel Procuratorem legitimum non esse Procuratorem, vel principalem non habere legitimã personam standi in iudicio, cum nec reparari possint per sententiã diffinitiuam, nec per appellationem a diffinitiua: *vt praeter Bald. supra, tradunt idem Bald. in l. 2. n. 14. C. de Episcopali audientia, Signorolus consi. 14. num. 15. Dueñas reg. 52 fallentia. 1. Grauatius in annotationibus ad Vestrium, lib. 3. c. 10. num. 6. Menoch. d. remedio 4. num. 817. & 824. Anto. Gomez in d. l. 45. Tauri. num. 194. versi. secundo limita.*

Ergo quod procedit in praedictis interlocutoriis, procedit pariter in hac de qua nunc agimus, quae nec tangit negotium principale, nec reparari potest per diffinitiuam, nec per appellationem a diffinitiua.

Quarto confirmatur vulgari distinctione in hac materia. Quod
102 licet vbi in interlocutoria † adest eadem ratio prohibitionis, quae militat in diffinitiua, procedant aliae sub distinctiones statim explicandae. Secus vero vbi in interlocutoria militat diuersa ratio, quam in diffinitiua. Quia tunc statuta prohibentia appellationem restringuntur ad diffinitiuam, non autem ad emergentia, & incidentia in quibus militet diuersa ratio. *Ita post Socinum, Alcia. & Rimin. tradit Contardus in l. vn. C. si de momentanea possessione, limit. prima. nu. 40. & 43. sequitur Surdus decis. 27. num. 10. 11. & post Bart. in l. 1. C. si de momentanea possess. tradit Zucardus in l. fin. C. de edicto diui. Adriani tollendo, num. 440. & post Benedictum Apumblino in l. etiam § absens, ff. de manumissis vindicta tradit Menoch. de adipiscend. remedio. 4. numer. 813. & 821.*

In praesenti autem militat diuersa ratio. Nam in diffinitiua cognoscitur de contraforo, in quo D. Iustitia est iudex peculiaris. Quae ratio cessat in interlocutoria. Item in diffinitiua cognoscitur de grauamine orto coram iudice a quo, sed in interlocutoria de nouo grauamine nouiter orto coram iudice ad quem. Denique quia de sententia principali semel, & bis fuit iudicialiter cognitum, in prima nempe, & in secunda instantia. Super hac tamen interlocutoria non nisi semel

cum sit grauamen noue ortum in ipsamet Curia D. Iustitiæ. Ergo diuersa existente ratione merito appellari poterit ab interlocutoria: quamuis appellari non possit a diffinitiua.

Quinto constat apud omnes fo
103 rum, seu statutum † remouens appellationem, esse odiosum, restringibile, & stricte interpretandum. Quia corrigit ius commune & regulam foralem quibus regulariter appellatio permittitur: *vt post Bar. & Angel. inquit Decius in l. pent. numer. 46. in fine C. de pactis, consi. 49. num. 2 Ceph. consi. 209. num. 13 lib. 2. Contardus in d. l. vn. limit. 5. num. 2. in fine C. de momentan. possess. Surdus decis. 22. num. 14. & consi. 2 11. num. 18.*

Maxime autem hæc conclusio procedit in præsenti specie: cum hæc appellatio a diffinitiua sententia in causis contrafori facti prolata nedum non legatur aliqua forali dispositione prohibita. Quinimo foro resistente, & ex sola consuetudine (sine præiuditio veritatis) aduersus claram dispositionem fori *de executione rei iudicatæ* dicatur esse prohibita. Vnde cum sit consuetudo introducta contraforũ, vel saltim cõtra regulam foralem, & iuris communis, non erit ad similia trahenda, sed dumtaxat ser-
104 uari † debet in eo casu tantum, in quo specialiter reperiatur introducta: ex pulchra, & vulgari decisione textus *in obseruan. item si duo 3. in fine. declarationes monetatici, fol. 35. col. 2.* Quam obseruantiam satis ad propositum ponderat Molinus *ver. vniuersitatis, versi. limita fol. 338. col. 4. in fine, & melius in versi. possessio resoluitur, fol. 258. col. 3.* vbi loquens de consuetudine, seu practica introducta contraforum dicit, quod debet seruari in illo tantum casu, in quo fuit seruata, & practicata, nec debet talis practica, seu consuetudo ad similia trahi, vel extendi etiam si in alio casu, ad quem extensio prætenditur, adsit paritas, seu maioritas rationis. Et idẽ Molinus *ver. consuetudo, fol. 73. col. 3* resoluit quod in Aragonia nunquã consuetudo contraforum extenditur ex identitate rationis, nec etiam ad casus similes, ex d. obseruan 3. *declarationes monetici*. Quam ad hoc asserit fuisse singulariter ponderatam per foristas. Licet enim dicant Doctores quod consuetudo de iure, & aliquando de foro, extenditur ad casus similes: illud tamen est verum, nisi ille casus similis habeat legem in contrarium. *Pro quo tradita a Craueta de antiquitate, 4. par. in princ. num. 75. & 76.*

Vnde cum prohibitio appellationis sit odiosa, & stricte interpretanda merito restringi debet ad diffinitiuam; non ad interlocutoriam extendi: vt in terminis arguunt Contardus *in d. l. vn limit. 5. num. 1. & 2. Surd. decis. 27. nu 14. 15 Hyppol. Rimin. consi. 69. numer. 20. 21. lib. 1.*

Maxime cum foristæ (vt statim ponderabo) solum dicant, quod a
105 repulsione † vel admissione iurisfirmæ grauaminum factorum non potest appellari: *vt per Molin ver. appellatio. fol. 19. col. 3. & Bardaxi, Ferrer. & Plebanus vbi supra.* Ergo non erit hoc extendendum ad alias sententias, præter repulsionem, vel admissionem grauaminum factorum.

Ob hanc enim rationem videmus in simili. Quod quamuis in iudiciis possessoriis non liceat appellare tamen si vltra sententiam
106 † latam super possessorio, condem-

netur

netur quis in interesse, vel fructibus ab ista condemnatione interesse, vel fructuum appellari poterit. Nec prohibitio appellandi a sententia possessoria, extendetur ad sententiam fructuum, vel interesse. Quia nō est de possessione licet, simul pronūtietur cū possessione. Et sic est quid diuersum a sententia possessionis. *l. & in maioribus C. de appellationibus*, *Bald. in d. l. vn. num 6. versi. sed pone quod in possessorio, C. si de momentan. possessio, & ibi Salicetus col. fin. Afflictis decis. 77. Rippa in c. sæpe col. vltim. versi. & propter hoc. de restitutione spoliatorum, Rolan. consi. 77. nume. 13. lib. 2. & est textus in l. creditor §. iussus etiam, & ibi Bart. num. 4. ff. de appellationibus, & relationibus idem* Bart. *ind. l. 2. num. 18. ff. de appellatio. recipiendis. Menoch. de adipiscenda remedio 4. nume. 8 & 9. vbi late* Franc. *Sarmiento in tract. de redditibus Ecclesiasticis, par. 3. cap. 2. numer. 28. Couar. in practicis, c. 23. nu. 8. versi. idem erit quoties, Gomez in L. 45. Tauri num. 194. versi. 2. limita.*

107 Qua etiam ratione licet sit prohibita † appellatio à sententiis datis quando compromittitur, non tamen prohibitur à sententia lata super illo dubio, an sit compromittendum. Quia est quid diuersum ad quod non debet extendi prohibitio: *de quo late Socinus, consi. 300. numer. 6. & 9. lib. 2. & in alio pulchro casu tradit Surdus decis 27. num. 10. & in simili casu Hyppot. Rimin. consil 69. numer. 20. lib. 1.*

Ergo ita in presenti licet fuisset consuetudo introducta circa sententiam contra fori facti, vel circa repulsionem, vel admissionem iurisfirmæ, vel circa ea de quibus per iudicem â quo fuit cognitum, extendi tamen non poterit ad interlocutorias, & de nouo emergentia, nec ad grauamina noua, & nouiter orta in Curia, de quibus per iudicē a quo non fuit cognitum.

Quia in illis nec pronuntiatur super contraforo facto per iudicem a quo, nec pronuntiatur super repulsione, vel admissione iurisfirmæ nec super illis de quibus cognouit iudex a quo, sed est quid omnino diuersum. Ergo ad eum casum nulla tenus extenditur consuetudo.

Sexto fortius comprobatur, ex distinctione, quam adduxit Decius *in cap. Pastoralis, numer. 4. versi. Sed considerandum est, de appellationibus.* Dum scribit. Quod tunc dispositio prohibens appellationem non prohibet ab interlocutoria, cum simpliciter de sententia loquitur: vt si dicat. Quod à sententia lata in causa alimentorum, vel simile non liceat appellare. Nam tunc appellatione sententiæ intelligitur de diffinitiua.

108 vt de potētiori, & per quod † minus læditur ius cōmune, quo in dubio admititur appellatio, vtpote quæ defensionem cōtinent. At secus (inquit Decius) cum dispositio absolute, & simpliciter loquitur prohibens tali in causa appellari: veluti quod non appelletur in causa alimentorum, vel simili. Tunc (ait ille) dicitur prohibita appellatio etiam ab interlocutoria. Et ante Decium idem aparte docuit Francus *in cap. interposita §. idem de appellationibus, Felinus in cap. causamque in fine de rescriptis, & similem considerationem facit Socin. sen. consi. 300. num. 6 & 9. lib. 2. Præpositus in cap. pastoralis de appellationibus, col. 6. quæst. 2. Menoch. de adipiscend. remed. 4. numer. 814.*

A qua distinctione non multum desidet alia similis distinctio Abbat. *in d. cap. pastoralis, col. 2. in fine da appellat.*

pellat. referentis Bald. ita consuluisse quem sequitur Praepositus ibi quaest.6. & Decius num. 4. & 5. Quod aut
109 statutū tollit appellationem † a sententia alicuius iudicis, & intelligetur solum in diffinitiua. Secus si statutū diceret. Quod a potestate, vel rectore non possit appellari. Quia tunc intelligetur prohibita a qualibet sententia etiam interlocutoria, vel praecepto.

Iuxta quā distinctionem omnino considerandum est, quibus verbis referant Doctores foristae consue-
110 tudinem † hanc non appellandi in electione iurisfirmae contrafori facti. Et quidem ex illorum relatione clare apparet loqui iuxta primum membrum praedictarum distinctionum, quando appellatio prohibetur a sententia, non vero quādo prohibetur in causa, vel iudice.

Nam Molinus *ver. appellari potest, fol. 19. col. 3.* in principio loquitur in haec verba: *Quando esset repulsa, vel admissione iurisfirmae non posset appellari.* Et clarius postea loquitur *in versi. quare tenuerunt,* in illis verbis. *& demum Iustitia Aragonum pronuntiat recipiendo, vel repellendo iurisfirmam, tunc ab eius sententia non posset appellari.*

Et eodem loquendi genere vsus est Bardaxi *in titul. de officio Iustitiae Aragonum, in rubr. quaest. 5. num. 5 versi. de causis igitur, fol. 109. col. 1. in fine* sic dicens: *Nam licet a sententia lata super receptione, vel repulsione firmae grauaminum fiendorum possit appellari, non tamen a sententia super firma grauaminum factorum.*

Et eodem modo loquitur Ferrer *in practica cap. de appellatione, fol. 36. col. 2. in versi. Aragonia,* in illis verbis, *lata sententia in Curia Iustitiae Aragonum ab illa non potest haberi recursus* & iterum clarius *in versi. a sententia lata in fine*, in illis verbis, *& prosequutis grauaminibus superdicto ritu lata sententia ab illa non est recursus.*

Et sic circa omnem dubitationē infertur decisio nostrae quaestionis, iuxta primum membrum praedictarum distinctionum. Cum praedicti Doctores foristae dicant. Quod non potest appellari à sententia, vel à repulsione, vel admissione iurisfirmae grauaminum factorum, & sic clare loquuntur de appellatione à diffinitiua. Secus vero esset si dixissent quod non posset appellari in causa electionis iurisfirmae iuxta secundum membrum distinctionis á Decio traditae. Quod non dixerūt nec alicubi legitur.

Iuxta quem procedit. Quod in contrarium obiicebatur de senten-
111 tiis† prolatis per Diputatos Regni. Nam in illis verificatur secundum membrum praedictae distinctionis, à Decio traditae. Cum forus vnicus *sub tit. que los Diputados en las causas que conocer pueden, no aya apelacion, inter acta Curiae impressa. fol. 76. col. 2.* clare dicat tam in rubro, quam in nigro. Quod in causis in quibus Diputati cognoscunt, non possit impediri executio per appellationem, firmam, vel quemlibet alium recursum.

Quinimo ad tollendam omnem dubitationem ego Fortius pondero Molinum, Ferrerium, & Bardaxi loqui in multo clarioribus termi-
112 nis. Quia non dicunt † simpliciter: quod non possit appellari a sententia, in quo etiam casu haberemus intentum iuxta primum membrum praedictarum distinctionum. Sed potius dicunt, quod non potest appellari à repulsione, vel admissione iurisfirmae, vel sententia lata super repulsione, vel admissione iurisfirmae,

mæ. Et sic clare & expræsse loquuntur de diffinitiua in qua solum repellitur, vel admittitur iurisfirma. Prout expræsse loquitur Molinus supra, à quo reliqui desumpserunt. Cum ergo clare loquantur de sententia diffinitiua, frustra, & perperam pars aduersa illos extendit ad interlocutoriam contra illam vulgarem, & indubitatam regulam.

113 Quod vbi remouetur † appellatio a diffinitiua non intelligitur remota ab interlocutoria, nec e contra, cum ista sint omnino separata, & distincta. *Ita concludit Salicetus in l. fin. C. de sententiis, & interlocutionibus. Postquem, & Imolam clare ita tradit Francus in cap. pastoralis de appellationibus, quæst. 6. col. 1. verst. sed quæritur primo remota, & tradit etiam* Præpositus ibidem *col. 6. quæst. 2. vers. & sic potes in fine*, dicēs quod licet a principali remoueatur appellatio, non tamen ideo censetur remota ab incidenti, vel emergenti, & quod ideo poterit ab interlocutoriis in tali materia appellari. Quia dispositio loquens de appellatione a diffinitiua, non habet locum in appellatione ab interlocutoriis: *post Bart. Bald. & Paul. in locis ab eo allegatis, & tradit etiam Rimin. Iunior. cons. 69. nume. 20. 21. lib. 1.*

Ex quo etiam patet, non posse in præsenti applicari, quod obiiciebatur de causis criminalibus. Nam sicut ille est casus clarus † in quo nec
114 a diffinitiua, nec ab interlocutoriis appellari potest, nec ad firmam recurri, quia ita expræssis verbis fuit dispositum *in foro 1. de modo, & forma procedendi in criminali in finalibus verbis, fol. 115.* Ita iste, in quo versamur, est casus clarus. Cum Doctores foristæ solum loquantur de sententia diffinitiua repulsionis, vel admissionis iurisfirmæ. Et licet simpliciter loquerentur de sententia, adhuc tamen intelligēretur de diffinitiua, non de interlocutoria iuxta primum membrum prædictarū distinctionum.

Septimo efficatius quidem (licet prædicta omnia deficerent) confirmatur.

Nam licet fateremur in causis contrafori facti, esse prohibitam appellationem, tam à definitiua, quam ab interlocutoria. Tamen hoc non procedit quando fertur interlocutoria super iudicis competentia, † vel in cōpetentia. Admitti
115 enim tunc debet appellatio, & si aliàs à definitiua, vel aliis interlocutoriis non esset admittenda.

Ita pulchre docuit Angelus, *cons. 195. Domina Guillelma, num. 5. versi. secundo quia potest*, dicens posse appellari à sententia, per quam Consules se pronunciarunt iudices competentes, quantumcumque à sentētiis, vel præceptis Consulum non posset appellari, vel de nullitate quæri, ex forma statuti. Quia illud statutum (inquit) intelligitur, nisi nullitas prætendatur, ex defectu iurisdictionis. Aliâs omnes causas mundi ad se trahere possent. Quod esset iniquum. Quia per hanc viā obliquam absorta esset iurisditio omnium aliorum iudicum communis Florentiæ. Et de hoc dicit esse Glossam ordinariam, & singularem in iure Canonico *in Clement. 1. de sequestratione possessionis, & fructuum.*

Angelum sequitur Decius, *consi. 49. num. 1. versi. tertio facit*, dicens. Quod quamuis generaliter prohiberetur appellatio a sententia regulatorum ex forma statuti, non tamen videtur prohibita a tali sententia qua se pronuntiarunt iudices cō-

petentes

petẽtes. Quia si in tali casu ex generalitate statuti esset appellatio prohibita, tales Magistratus omnes causas ad se traherent.

Quam sententiam sequutus quoque fuit Curtius Iun. *consil.* 124. *numer.* 13. *versi. postremo totaliter* vbi loquitur in conuentonibus factis inter Sauonenses, & Ianuenses. In quibus clare fuerat dictum. Quod a sententiis, mandatis, & ordinationibus Ianuensium non liceret appellare, nec reclamare. Quæ verba poterãt intelligi nedum de diffinitiua, sed & de interlocutoria, vt in eadem causa simul cum Curtio consulens tradit Ruinus *consi.* 1. *num.* 4. *lib.* 4. Vnde subiicit Curtius. Quod licet iuxta prædictas conuentiones a sententia lata in meritis non posset appellari, tamen succedit (inquit) alia vera, & notabilis conclusio. Quod in casibus, in quibus est prohibita appellatio in meritis lata, non tamen est prohibita a sententia, qua quis pronuntiat se iudicem competentem. Quia si tali casũ ex generalitate statuti esset appellatio prohibita, tales magistratus omnes causas ad se traherent. Et in eadem causa idem docuit Ruinus *consi.* 1. *nu.* 4. *&* 16. *lib.* 4. & clarius Decius qui in eadem quoque causa Sauonensium cum Ruino, & Curtio scripsit *cons.* 360. *num.* 1. *Menoch. de adipiscenda remedio* 4. *nume.* 822. plures alios cumulans pro sententia Angeli, *Contardus in l. vnica, C. si de momentanea possess. lim.* 5. *num.* 14. *Grauatius ad Vestrium, lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 6. *Magonius decis. Lucensi.* 22. *n.* 18. vbi pulchre dicit, statutũ prohibẽs recursum ab interlocutoriis, nõ habere locum in nullitate proueniente ex defectu iurisdictionis, quę nunquam censetur reiecta, maxime in causa, a cuius sententia non datur appellatio, vt in præsenti.

Conferunt in simili tradita a Socino *consi.* 300. *num.* 9. *lib.* 2. vbi multis probat. Quod licet sit prohibibita appellatio a sententiis datis quando compromittitur in vim statuti, non tamen ideo censetur prohibita a sententia lata super illo dubio an sit cõpromittendũ, nec ne. Quod est simillimum in præsenti.

Prædictam autem Angeli traditionem sequutus etiam fuit noster Plebanus in fortioribus terminis *in annotationibus ad Molinum verb. Depputati, nume.* 31. 32. 33. vbi multis probat. Quod licet a sen-
116 tentiis latis per Dipputatos † regni, siue sint interlocutoriæ, siue diffinitiuę nullus appellationis, vel electionis iurisfirmæ recursus admittatur. Tamen si Dipputati in aliqua causa se declarauerint iudices competentes, poterit ab ea interlocutoria appellari, quamuis ab aliis non appelletur. Dicitque ita fuisse expræsse dictum in motiuis per doctissimos Locumtenentes D. Iustitiæ Aragonũ, datis in processu Francisci Molinos, necnon Mariæ Lafustera super electione iurisfirmæ grauaminum factorum die 17. Martij, anni 1574.

Quæ declaratio facta circa Diputatos Regni procedit in multo fortiori casu. Nam quoad Diputatos extat clara dispositio foralis loquens per ea verba, *Quod non potest appellari in causis.* Quo casu censetur prohibita appellatio etiam ab interlocutoria: *vt supra numer.* 108. & nihilominus etiam in eo casu ita claro, & fortiori, non censetur prohibita ab interlocutoria super competentia iurisdictionis: vt per Plebanum. Igitur fortius erit admittenda in nostra specie. Cũm Doctores loquantur per ea verba, *quod non*

non potest appellari a sententia. Quo casu fatentur omnes Doctores(*prout in distinctione Decij explicui superius numer*. 108.) intelligi solum de diffinitiua, & appellari indistincte posse a qualibet interlocutoria. Ergo multo fortius appellari poterit ab interlocutoria lata super competentia iurisdictionis. In qua post Angelum fatentur omnes (absque contradictore, quem ego viderim) facilius, & securius multo admitti appellationem, quam in aliis interlocutoriis.

Quæ omnia confirmantur ex glossa singulari *in clemen. vn. de sequestratione possessionum, & fructuu.*
117 Cautur in eo textu. Quod lata † sententia diffinitiua super beneficio, siue in petitorio, siue in possessorio, fiat sequestratio, non obstãte quod contra præfatam sententiam appelletur, vel de nullitate forsam dicatur. Et tamen glossa finalis ibi dicit. Quod licet alia nullitas non possit opponi: illa tamen opponi poterit per quam negetur iurisdictio. Quam glossam singularem, & ordinariam in iure Canonico tradit Angel.*consi*.195.*numer*.5. Singularem etiam, & communiter approbatam dicit Socinus *consi*.83.*num*.26.*lib*. 4. & communem appellat Alex. *consi*.77.*nume*. 12.& 13. *lib*. 2. Quo loci allegat aliam similem glossam *in Clement*. 1. *de sententia, & re iudicata*. Loquentem in casu quo fuit tertiò ap-
118 pellatum † & sic denegatur vlterior appellatio. Et tamen dicit, appellari posse a sententia interlocutoria, per quam iudex tertiæ appellationis se declarauit iudicem competentem.

Et præmissorum omnium ratio est. Quod iurisdictionis defectus,
119 & nullitas † cætera omnia excedit, & sic opponi potest, etiam si omnis alia nullitas, & appellatio reiiciatur. *Ita copiose scribũt Anto. Corsetus in suo singulari ver. statutum. incipiente i. statuto cauetur Dec. consil*. 8. *numer*.6.*consi* 38.*nume*.7. *Marsilius singulari*.10 *Paris. consi*.45.*num*.28. *libr*.1. *consil*. 24. *numer*. 102. *libr*. 2. *Late Bancius de nullitate sententiæ ex defectu iurisdictionis ordinariæ, num*. 1.& 2.*Socin.consi*.83.*num*.26. *lib*.4. *Alexa. consi*.77.*num*.12. & 13 *lib*.2. *pulchre Rota decis*.42.*nume*.6. *de appellationibus in antiquis*, dicens ita seruari de stillo Curiæ Palatij, *Menoch. de adipiscenda, remed*. 4. *nu*.823. *versi. ea est ratio*. *Magonius decis. Lucensi*.22.*num*.18. *Bergninus late decis*. 11.*num*.54.*par*.1.

Prout in simili. Si statutum remoueat omnes exceptiones contra instrumentum, potest opponi, quod
120 non sit † instrumentum. Et si prohibeat opponi contra iudicem, vel contra sententiam, potest opponi, quod non sit iudex, vel quod non sit sententia. *Bar. in l*. 1.§. & *parui refert. ff. quod vi, aut clam, Alex. consil*.32 *nume*.1. *lib*.1. *Hyppolit. Rimin. consi*.217.*num*.163. *additio ad Magonium, decis. Lucensi*.22.*litera F. ver. nullitatem*.

Quare merito constat, in hac causa (licet esset prohibita appellatio a diffinitiua) vel etiam (quod plus est) ab interlocutoriis. Non tamen erit prohibita ab hac pronuntiatione, per quam Curia declarauit electionem iurisfirmæ esse prosequibilem, & se fore iudicem competentem. Quod Doctores vnanimiter admittunt, & nemo (quem ego viderim) discrepat. Vnde nullatenus, est ab indubitata, & verissima omnium traditione recedendum.

Octauo, & vltimo hæc appella-

 tio

tio nullatenus post denegari ex regu
121 la quæ habet. Quod omnis † appel latio censetur permissa, quæ nõ reperiatur expresse prohibita, ex glos sa notabili *in l. qui restituere in glos. fin. in fine. ff. de rei vindicatione* dicen ti in hæc verba. *Quod autem obiicitur quod non reperitur, quod ab huiusmodi sententia appelletur. Respondeo nec reperitur quod ab ea non appelletur.* Sequuntur plures relati per Francum *in rubrica de appellationibus, num. 16. 17. 18. & cum Bald. & aliis Crauet. consi. 203. num. 24. Socin. Senior cons. 105. col. 3. consi. 300. num. 9. versi. secundũ, & lib 2. Rimin. Iun. cons. 387. numer. 43. lib. 4. Rolan. consi. 18. col. 1. lib. 3. Maranta in speculo. 6. part. tit. de appellatione, num. 247. Surd. cons. 163. num. 4. consi. 271. nu. 17. lib. 2.*

Admittenda ergo erit in præsen ti. Cum nedum reperiatur prohibita: immo expræsse permissa per fo rum, *de executione rei indicatæ.* Et licet foriste dicant ex consuetudine esse prohibitam. Tamen loquun tur de appellatione à diffinitiua. Et ita quoad interlocutoriã, neque per foros, neque per foristas vllibi legitur esse prohibita.

Et si in dubio essemus, vtrum appellatio admitti debeat: admitten-
122 da † erit in dubio *glos. & DD. in c. vt debitus honor de appellationibus Bald. in l. properandum. §. sin autem de iuditiis* dicens iudicem debere in dubio recipere appellationem Decius, *cons. 49. num. 1. vers. 4. suadetur,* subiiciens post Archidiaconum, & Perusinum, ad eo hoc procedere. Quod licet iudex admittat appellationem non admittendam, tamen
123 excussatur † à pœna. Et confert pulchra, & vulgaris doctrina Pauli *Castrens. in l. 1. num. in fine. ff. si quis cautionibus,* sic dicentis. Nota bonam *regulam. Quod semper in iuditiis debemus eligere illam partem, perquam vtrique parti consulatur, & quæ minus sit onerossa. Vnde* (inquit) *si est quæstio, an appellatio sit deserta, & sint rationes pro, & contra: inclinandum est in dubio in partem quod non. Quia sic vtrique parti consuletur. Cum neutrius ius lædatur. Sed inclinando in partem affirmatiuam ius appellantis esset extinctum igitur, &c.* Paulum sequun tur Decius *consi. 83. num. 6. in fine, & num. 7. per totum,* dicens quod ita intrepide iudicaret, si causa sibi cõmissa esset, *& consi. 445. num. 44. 45. Dominus Monter decis. Aragonensi. 20. num. 19. Crauet. cons. 254. num. 6. versi. 9. & vlti. cons. 278. col. 4. vers. 3. in casu dubio, & in vers. ex præmissis,* dicens, ita se alias obtinuisse in causa simili in Curia parlamenti Gratianopolis.

Quare ex his omnibus apparet manifestè quod si essemus in dubio, deberet in dubio appellatio admitti. Quanto fortius cum versemur in casu (ex tot fundamentis) clarissimo, in quo appellatio ab interlocutoria, nec per foros, nec foristas prohibita reperitur.

Adducta autem in contrarium licet ex prædictis satis dissoluta maneant tamen adhuc in specie explicanda sunt,

Et quamuis posset omnibus vno verbo responderi ex prædicto foro *de executione rei indicatæ,* appellationem expresse permittenti ad Regiam Audientiam in electione iurisfirmæ grauaminum factorum: vt late supra.

Tamen si non obstante clara, & perspicua illius fori decisione, reiectis legum, & fororũ limpidissimis fontibus, magis placeat haurire aquas ex riuulis foristarum: & sic aduersus claram fori dispositionem

magis

magis placeat opinio Molini (quã-uis subdubij) Ferretij, Bardaxi, & Plebani, sic in specie ad singula argumenta respondeo.

Ad primum respondeo retorquendo argumentum. Cum plu-
124 res extent † differentiæ rationes vrgentissimè suadentes, posse in hac causa appellari ab interlocutoria, quamuis non posit à diffinitiua: *vt late supra nume.102.*

Nec rationis identitas in argumento perpensa mouere debet in contrarium. Nam si illa esset vera nunquam daretur recursus appellationis a firmis grauaminum facien dorum, in quibus militaret idem inconueniens. Quod cognitio causæ reuerteretur ad eum qui grauauit, vel in futurum grauare intendit, nempe ad D. Regem, vel eius officiales. Vnde illa ratio differentiæ nullius considerationis est.

Ad secundum respondeo illud similiter retorquendo: *vt late supra num.* 108.

Ad tertium respondeo, verum esse regulariter, nõ tamen semper, quinimo limitari in pluribus casibus superius explicatis, in quibus quoad appellationem diuersa est ratio incidentis, atque principalis, vt præsupponunt Doctores omnes agnoscentes posse permultis illis in casibus appellari ab interlocutoria, & sic ab incidenti, quamuis non posit a principali: vt late supra.

Ad quartum respondeo. Quod
125 prohibita † appellatione a sententia diffinitiua non censetur prohibita in antecedenti, scilicet interlocutoria, quando militat diuersa ratio: vt in præsenti. Ita huic argumento respondent Cinus, *Bald. & alij in l. 1. C. si Rector prouintiæ Bohic. in cap. ex parte de accusationibus, Vincen. Carrotius in cap. cum quid de reg. iur. reg. 3. limit. 6.*

Vel respondeo regulam textus *in d. Loratio*, non procedere, quando
126 præambulum † vel antecedens requireret specificam prohibitionẽ: vt in præsenti materia. In qua non sufficit remoueri appellationem a diffinitiua, nisi reperiatur expræsse ab interlocutoria quoque prohibita: vt late supra nu. 91. Ita ex Baldo, *Socino, & aliis tradit Vincen. Carrotius in d. cap. cum quid regula 3. limit. 4.*

Vnde non obstãte hoc argumento plures sunt casus, in quibus appellatio permittitur ab interlocutoria, quamuis non esset admittenda a diffinitiua, vel quia militet diuersa ratio, vel quia non est antecedens necessarium, vel quia requiritur expressa prohibitio, vel ob alias causas, vt late supra.

Ad quintum respondeo, hanc
127 pronuntiationem † non tangere negotium principale, vt supponitur in argumento. Quia nec est demeritis causæ, nec reparari potest per diffinitiuam, nec per appellationem a diffinitiua, nec in ea cognoscitur de illo, de quo cognoscẽdum est in diffinitiua, scilicet demeritis causæ. Sed solum in ea cognoscitur, an adsit qualitas circunferens iurisdictionem, vt posit ad Curiam recurri a sententiis prolatis per Regios Cõmissarios datos in crimine læsæ Maiestatis, tam quoad punitionem criminis, quã quoad causam Fiscalem bonorum. Vnde diuersissima est cognitio in principali, seu diffinitiua: vbi solum tractabitur an commissarij rectè, & iustè iudicauerint in meritis causæ. De quo nullatenus est tractandum in præsenti. Sed solum an a talibus Commissariis posit haberi recursus, non considerando an iustè, vel

K iniustè

iniustè in meritis iudicauerint.

Ad vltimum respondeo Molinum, Bardaxinum, & allegata in argumento procedere in accessoriis,
128 † de quibus actum fuit in processu principali, vel in sententia diffinitiua, vel quæ tangunt negotium principale, veluti in expensis, fructibus, & similibus, vt patet ex adductis a Molino, & Bardaxi clare loquentibus in his terminis. Vnde eorum dictum non potest trahi ad interlocutorias non tangentes negotiũ principale, & de quibus nec fuit cognitum coram iudice a quo, nec cognosci potest in diffinitiua proferenda a iudice ad quem: vt late supra.

Et deinde quia dicta consideratio accessoriorum, licet in aliis regulariter procedat, non † tamen ha-
129 bet locum in hac singulari interlocutoria, quæ tractat de competẽtia iurisdictionis. Quoniam ab ea nunquam censetur sublata appellatio, & si a principali, & omnibus aliis interlocutoriis sublata sit: ex traditis superius, *num.* 115.

Tum etiã quia in materia odiosa † accessorium non regulatur se-
130 cundum principale, veluti in statuto prohibenti appellationem quod odiosum est, & stricte interpretandum, vti in terminis considerant *Contardus in l. vnic. C. si de moment. poßess. limit. 5. num. 1. & 2. Surdus decis. 27. num. 14. & 15. Hyppolitus Riminal. consil. 69. nu. 20. & 21. lib. 1.*

Denique si hæc regula accessorij † esset considerabilis in hac mate-
131 ria, sequeretur, prohibita appellatione à diffinitiua, omni casu censeri prohibitam ab interlocutoria, quia semper militaret illa ratio accessorietatis. Cum tamen illa non obstante permittatur appellatio ab interlocutoria permultis in casibus superius enarratis per tot fundamenta.

Et (vt istum articulum iam concludam) tandem aduerto consuetudinẽ hanc Regni (secundum quam pars aduersa pretendit appellationem in causis contrafori facti) nec probari, nec de eavilatenus cõstare, nec si probaretur valere posse: vt late multis probat Borninus Caualcanus, *decis. 11. num. 45. cum sequent. part. 1.*

Maxime cum constet numquam fuisse prohibitam appellationem ab interlocutoria, & tamẽ constet aliquando fuisse permissam, & possequutam, *vt in illo proceßu de los Abenatoxes.* Quinimo & si vario † modo obseruatum fuisset, tamen non posset dici inducta consuetudo stillus, & obseruantia ex vario modo seruatis, nec potest allegari quando actus sunt diformes, sed reuertimur ad statutum, & ad forum, & ad ius commune *Bartol. in l. 2. in princ. circa finem. ff. soluto matrimonio Rimin. Sen. consil. 737. num. 35. consil. 747. nu. 1. Rimin. Iun. consil. 257. num. 49. consil. 264. num. 28. & 29. lib. 3. Borgninus Caualcanus, decis. 11. num. 51. par 1.*

Quinimo cum constet aliquando appellatum fuisse ab his interlocutoriis: ab ea practica non erit re-
133 cedendum. Cum ab ea † desumatur vera legum, & fororum interpretatio: *Bald. in cap. 3. in princ. vers. & ideo quando capiuntur titul. de feudo sine culpa non ammittendo cum allegatis a Tiraquello in tract. Lemort sei sit le vif. 2. part. declaratione 6. numer. 4.*

Et licet nunquam ita seruatum fuisset, constaretque (prout non constat) de stilo, seu consuetudine contraria: illa tamen attendi non
134 deberet. Quia attendi debet † quod est de

est de iure, & non quod de facto factum est de præterito: vt dicit Abbas. *in cap. cum causam de electione*, inquiens. Quod hoc facit contra fundantes se super obseruantia. Refert & sequitur Afflictus *in constitutione dilationes in 4. not ab. & in constitutione humanitate, sub numer. 4.* Vbi ponit pulchra, & notabilia verba aduersus Iudices fundantes se super consuetudine legi contraria. Vnde pulchre dicit Boerius *consi. 4. nume. 47.* quod aliqui aduocati Curiæ Romanæ, quando deficiunt eis iura dicunt. Ego vidi sic obseruari, & interloqui per Papam, & ideo non sunt audiendi, *& consi. 8. num. 7. Grammaticus decis. 40. num. 1. Bald. in l. sed licet, ff. de officio Præsidis*, dicens, quod mala practica non est obseruanda, vbi habemus legem in contrarium: *Rota decis. 412. n. 2. in nouis*, dicēs quod attēdi debet, quod de iure sit, nō quod de facto factū reperitur: *Marsilius in l. vn. nu. 130. C. de raptu virginum, & in pract. criminali § postquam, numer. 48. in fine, & late Borgninus decis. 11. num. 52. 53. part. 1. & conferunt tradita superius num. 89.*

Quid ergo dicendum in præsenti, vbi de tali consuetudine nec constat, nec probatur. Cum nusquam appareat talem appellationem fuisse reiectam. Maximè cum attestantes de hac consuetudine (non aliter probata) expresse loquantur de diffinitiua, non de interlocutoria. In qua nec probatur, nec probari potest consuetudo, imo contrarium omnino aliquando seruatum vidimus, a qua practica nullatenus erit (foro resistente) recedendum.

TERTIVS ARTICVLVS.

An potuerit concedi citatio ad repulsionem iurisfirmæ limitata, et restricta. Et an à tali limitatione potuerit appellari.

IN hoc articulo facilior erit resolutio. Nam citatio cōsueuit semper simpliciter concedi, & nunquā vissum, nec auditum fuit, concessam fuisse similem citationē, cū expræssa denegatione recursus. Insolita † igitur est,
135 & peregrina, & inaudita talis prouisio. Et hoc solum, & periculum, & superstitionem generat cum D. Augustino dicenti, quod omnis nouitas generat suspicionem: *argumento eorum quę tradit glossa. 1. in l. si quis sub conditione. ff. de conditionibus institutionum, Crauet. consi. 145. numer. 14. Catellianus Cot. in memorabilibus iuris. ver. clausula, Iosephus Mascard. de probationibus conclu. 299. numer. 18. conclu. 244. num. 6. vsque ad finem,*

finem, concl. 1003 numer. 64. conclu. 1046. num. 5. Dominus Monter decis. 45. in responso pro amita. num. 49. fol. 500.

Vnde ille ordo præposterus, & 136 insolitus † in concessione citationis nullitatem præsefert: *l. prolatā, C. de sententiis, & interlocutionibus omnium iudicum*, vbi textus sic inquit. *Prolatam a Præside sententiam contra solitum iudiciorum ordinem authoritatem rei iudicatæ non obtinere certum est.* Vbi Bart. dicit nume. 3. Quod si ordo sententiæ peruertitur, reddit sententiam nullam: *& ibi Bald. Idem Bald. in l. 1. C. de appellationibus, nume. 3.* dicens, quod præposteratio ordinis dati a iure meretur appellationem. Quia omittere solitum ordinem est grauamē: *Rebuf. in concordatis rub. de collationibus, §. si quis vero in glos. ver. ordinem.*

Vnde etiam est. Quod de iu- 137 re † seruanda est forma citationis a statuto, vel consuetudine præscripta: alias citatio esset inutilis: *late per Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. glos. 3. per totum.*

Et si domini Iudices forsam dubitent: vtrum vnquam talis citatio fuerit limitate concessa, & vtrum talis stilus, vel consuetudo fuerit vnquam introductus, vel obseruatus, & an concessio citationis sub ea limitatione concessa posit substineri, necne: poterunt ex officio 138 † de tali stilo, vel obseruantia practicos consulere: *iuxta obseruan. itē cum aduocatus de probationibus. & tradita ab Alexand. consi. 14. numer. 2. lib. 5. Decius consi. 447. ad finem, Crauet. consi. 104. num. 9. Osasc. decis. pedemontana 22. num. 16. & 17.*

Quinimo ea limitatio citationis nedum est contra stilum, & obseruantiam, verum etiam contra expressam, & claram dispositionem foralem. Nam quandocumque tractatur de repulsione grauaminū faciendorum est clara vulgaris, & infallibilis foralis regula. Quod potest appellari ad Regiam Audientiam à quibuscumque sententiis, & interlocutionibus prolatis per Curiam 139 D. Iustitiæ in repulsione † iurisfirmæ grauaminum faciendorum: *vt in foro Querietes. de firmis iuris fol. 139 foro. 4. de appellationibus, fol. 143. foro Quando de emparamētis, fol. 93. Mol. verb. appellatio, fol. 19. col. 3. in fine, & ver. firma, fol. 145. col. 2. Ferr. in praxi fol. 31. col. 1. & Petrus Molinos in praxi, fol. 391. col. 1. & 2. & Bardaxi in tit. de officio Iustitiæ Aragonum, nu. 5. quæst. 5. fol. 109. col. 1. in fine, ver sic. Nam licet.*

Vnde contra tam claram, & expressam regulam foralem duplex notissimum grauamen resultat. Primum. Dum in citatione fuit expresse denegatus recursus appellationis clarissime permissæ à foro. Secundum. Dum fuit pronuntiatum non posse appellari à grauamine illato per commissionem illius legitimæ citationis. Cum vtrumque repugnet prædictæ clarissimę dispositioni forali permittenti appellationē ad Regiam Audientiam in causis repulsionis iurisfirmæ grauaminum faciendorum.

In quo denique aduertendum est. Quod sicuti iudex aquo non potest cognoscere de appellatione interposita ab eius sententia, ita etiā 140 non potest cognoscere, † an causa sit appellabilis, necne, sed ipse iudex à quo tenetur supersedere, & talis cognitio expectat ad iudicē ad quem appellatur. *l. 1. vbi text. & glos. verb. fiat ibi sed apud quem, & ibi notant Bar. & DD. ff. nihil nouari appellatione pendente, glos. magna circa medium,*

medium, *& ibi DD. in clemen. 1. c. de dolo, & contumatia*, Plotus dicens ita seruari Mediolani *in tract. de in litem iurando*. §. 4. *numer*. 43. *&* 44. vbi subiicit inde inoleuisse practicã,
141 quod cautis iudices † à quibus appellatur, non recipiant, nec reiiciant simpliciter appellationẽ, sed quod dicãt, se admittere appellationem, si & in quantũ tenentur, & debent de iure, & non aliter, nec alio modo. Quo casu (inquit) talis appellatio admissa si & in quantum, non videtur simpliciter admissa, sed solum in casu quo de iure admitti debuit: *ex Bald. Roman. Angelo*, *& Socino Iuniore quos allegat*. Vnde cautius erit ita quoque facere in præsenti iuxta prædictum Doctorum consilium. Salua, &c.

†

D. Franciscus de Sanctacruce et Morales Fisci aduocatus.

D. Ioannes Michael de Bordalua.

D. Ludouicus de Casanate.

D. Michael Pastor.